



2176

w  
v

Ex Libr.

Schubl. Dv 1303  
~~1303~~

Clinton (d' Erkux) Carobes.  
1526-1609. Made it his profession  
of his life and busy life to himself and  
published the novelties of travellers and  
collectors in different lands. He studied at  
several universities, travelled the wider  
parts of Europe and Central Europe for some  
years, lived at Montpellier in the course  
of his studies. Worked the Imperial Botanic  
garden at Vienna, was intimate with  
Hoyle and Dodson, a connoisseur.

Clesius; et francis =  
l' Ecclésie-

voit son article dans  
la Biographie universelle  
de l'Academie, tome 23, page

819 —

Le traité faisant que  
n'est qu'une traduction,  
n'y est pas mentionné



Vorstand 1852

~~E. L. M. A. S. B. R. I. C. T.~~

Universitätsbibliothek Düsseldorf

# Antidotarium, sive

DE EXACTA COMPO-  
NENTIA  
DORVM MISCENDORV'M-  
QVE MEDICAMEN-  
TORVM RA-  
TIONE  
LIBRI TRES.

*Omnibus Pharmacopeis longè utilissimum,*  
*MUSEUM*

Ex græcorum, Arabum, & Recentiorum Medicorum scriptis maxima cura  
& diligentia collecti.

Nunc vero primum ex Italico sermo-  
nione Latini facti.



L V G D U N I  
APVD THEOBALDV M  
PAGANVM.  
1561.

A  
m  
i  
t  
t  
t  
t  
t  
t

卷之三

卷之三

THE PAPER  
MAGAZINE

CAROLVS CLV-  
S IVS PETRO COL-  
DENBERGO PHAR-  
MACOPOEO ANT-  
VERPIANO S.

**P**Rodiit superioribus die-  
bus Libellus Italicè con-  
scriptus ( Dispensarium  
vocant ) medicamento-  
rum compositiones cōtinens. Eum  
cūm perlegissim , dignum iudicaui  
qui & reliquis nationibus eius lin-  
guæ igaaris communicaretur : nam  
in eō medicamenta meliori metho-  
do descripta conspiciebant, quam in  
reliquis Antidotariis, & multas insu-  
per Veterū Medicorum composi-  
tiones in usum reuocari, quæ a maiori-  
bus nostris planè neglectæ fuerant.  
Quare tecum cōmunicata , hortari  
me cœpisti , ut illum latīnū facerem

A 2 Ego.

4  
Ego qui noueram me huic oneri im-  
parem, nec tam cōfirmato esse iudi-  
cio, ut in hac Medicinæ parte præ-  
clari quidquam à me expectari de-  
beat, quātum potui reluctatus sum,  
ne meam inscitiam proderem: scie-  
bam enim quām præclarè cum illis  
agatur, quibus hoc tempore priua-  
tim suis studiis fruī licet. Sed cūm ni-  
hil agerem, idque à me tu & Plauti-  
nus tantoperè expereretis, conatus  
sum mihi persuadere, vobis assentiē-  
dum esse, meum iudicium quantum  
potui fallens. Quod si conceptæ spei  
noster conatus non respóderit, vé-  
stro periculo id esto, quādoquidem  
me huic impulisti. Vides igitur, mi  
Goldenberge, quām duram vterque  
ceperimus prouincia: tu, qui tales  
opinionem de me conceperis: ego,  
qui, dum eam veram esse mihi per-  
suaderi sino, negotium hoc sim ag-  
gressus. Versionem itaque ad finem  
perduxī

5

perdixi, dè qua hoc affirmare possum, summam me operā adhibuisse,  
vt, si minus feliciter, at certè fideliter  
& proptiè singula redderetur, & cō-  
positiones aliquot corruptæ resti-  
tueretur. qua in re plurimū mihi pro-  
fuisti, quēadmodū nonnullæ cōposi-  
tiones à te emēdatæ ac restitutæ testa-  
ri possunt. Ad hęc singulorū ferè me-  
dicamētorū facultates ex ipsis Auto-  
ribus collectas adieci, ne quid in aliis  
esset, quod in hoc desiderari meritò  
posset. Deniq; talē effeci, vt cū opti-  
mis quibusq; Antidotariis conferri  
posset. Cæterū, tametsi huius vti-  
litatē satis pro dignitate cōmēdare  
nō queā: quoniam tamē varia sunt  
hominū iudicia, atq; ille hoc, hic il-  
lud präferendū censeat, fieri nō po-  
test vt quis omnibus placeat, atque  
adeò hæc ratio est, cur tot quotidie  
prodeant nouæ Medicamētorū for-  
mulæ. Sed vtinā, aut tū, (quod futu-  
rum

A 13

A 3

rum

6  
rū spem fecisti) aut alij viri eruditissimis Nicolao restituendo operā aliquādō collōcetis, vt hic suo nitorī ad veterū exemplariorū fidem restitutus, vnuſ proponatur omnibus Pharmacopœis, cuius normā in conficiendis medicamentis sequātur, relictis vulgaribus Dispēſariis plerunq; corruptis simis: aut sanè D. Rondeletij vīa doctissimi pharmacopœa in publicum tandem emittatur: hæc enim vna multorum Dispēſariorum instar omnibus esse possit. Quod reliquū est, non inconsultē me facturum existimauī, si opus iam absolutū tuæ fidei cōmitterem, & veluti tuū facerem: Nam, cūm ad eius versionē me impuleris, eius etiam curam atque patrocinium te suscipere æquum est, illud apud te cogitans, vt si dignum iudices, in publicum prodire sinas, si minus, supprimas. Vale, Parisiis 1561. Cal. Aprilis.

CLA

# CLARISSIMIS VIRIS

Consulibus facultatis Medicæ &  
Pharmacopœæ in vrbe Florentina  
collegium Medicorum S.

**M**agna cum ratione prudentiâque à ve  
stris antecessoribus constitutum fuit,  
viri Clarissimi, vt omnes huius no-  
stræ vrbis Pharmacopei, in Medicamen-  
tarij exemplar sequerentur: ne, si qui fraudem  
committere vellent, facultas illis adimeretur, in  
eos animaduertendi. Quæ sanè fraus facile latere  
potuisset, si pharmacopei Medicamenta sua ad  
eandem normam componente coacti non fuissent.  
Hinc factum est, vt qui id temporis Magistratu  
fungebatur, collegio Medicorum prouinciam de-  
derint, singulas Medicamentorum compositiones,  
Receptas vulgò appellant, examinâdi, ac in unum  
quâli corpus colligâti: iis animaduersionibus ad  
hibitis, quas Medicamentorum compositionibus ne-  
cessarias iudicarent. Et hæc quidem omnia lingua  
vulgati & vernacula, vt cùm his qui in vrbte, tum  
iis qui in hac vniuersa ditione sunt, communia es-  
sent: Quibus summa cùm diligētia peractis, Com-  
positiones omnes quæ in usu erant, in unum volu-  
men transcriperunt, quod in hunc usque diem  
omnibus Pharmacopeis commune fuit.

Ceterum cùm perierit hic liber, & alia plera-  
que noua medicamenta in lucem prodierint: iis.  
dem impulsi rationibus, quibus maiores vestri, &  
vestros Pharmacopœos eandé regulam in Medi-  
camentorum compositione sequi cupientes, Medi-

8  
cis huius ætatis præcepistis, ut, perfecto eo Anti-dotario quod olim in vñsu fuit, ea insuper illi adderent, quæ magno cum iudicio euulgata sunt.

Dum autem per omnia vobis satisfacere, ut decet, studemus, ea, qua potuimus breuitate & perspicuitate in hunc librum collegimus, quicquid ad munus nobis iniunctum necessariò requiri posse arbitrati sumus.

Vos itaque conatum hunc nostrum boni consulerem, & de eo, in Reipublicæ utilitatem, ac Dei gloriam, pro vestra prudentia constituere, etiā atque etiam rogamus.

## ARGUMENTA SINGULORVM LIBRORVM.

**P R I M U S**, *De Medicamentorum simplificatione delectu ritè faciendorum de eorundem preparatione ac conservatione agit: denique Medicamentorum compositorum genera, eorumq; miscendorum & administrandorum rationem explicat.*

**S E C V N D U S**, *Omnis generis Medicamenta, que hodie in vñsu sunt, continet eaque ex variis Autoribus excerpta, ut cuiusbet ex Medicamentorum inscriptione perspicuum est.*

**T E R T I U S**, *Isq; ultimus, Ponderum & Mensurarum descriptiones docet: deinceps succedancorum catalogum ex veteribus Medicis collectorum complectitur.*

ANTI

ANTIDOTARII, SIVE DE  
componendorum, miscendorumque  
Medicamentorum exacta ratione

LIBER PRIMVS.

*De Pharmacopæi officio.*

Elici ingenio, & corpore bene  
constituto, moribus item cō-  
positis Pharmacopœū esse de-  
cet, liberalē, non auarū, fidum,  
& à pueris in simplicium cognitione di-  
ligēter nō solum versatū, sed qui omnia  
loca perlustrarit, vnde sibi plantas, aliāq;  
medicamēta colligere possit. Latinę pr̄-  
terea lingua tam peritū esse oportet, vt  
Dioscoridē, Galenū, Serapionē, Mesuē,  
Auicēnā, reliquōsq; qui de materia φαρ-  
μακονυμίᾳ scripsérunt, intelligere possit.

Eius officina salubri loco sita sit, quam  
nec vēti perflet, nec Sol permeet, nec fu-  
mus, nec teter odor ullus molestus sit: va-  
riis pr̄terea reponēdis cōseruādīsq; ac-  
cōmoda: nōnulla siquidē locis subterra-  
neis, pleraq; adiutoribus pr̄parāda & cō-  
seruāda sunt. Hortū insuper, aut locū ali-  
quām Soli expositū habeat, in quo & sic-  
care quā siccāda sunt, & albedinē etiam  
quibusdā medicamētis cōciliare possit: in  
quo deniq; omnia ea parari possint, quā  
ex Medicorū pr̄scripto ad Solē confici  
debent.

A S D E

DE MEDICAMENTO  
RVM SIMPLICIVM DE  
lectu ac conseruatione.

*Simplicium genera.*

**M**EDICAMENTA simplicia, aut omnis generis Plantæ sunt, earumq; partes, aut animalia & earū partes, aut Terræ genera, aut Lapidum aut Metallorum, quāq; ex eorū venis eruuntur, aut fodinis nascuntur aut mari falsisve aquis aut dulcibus. Ex his autem quādam apud nos nascuntur, quādam aliunde adferuntur.

Nostratia, quo tēpore, quo loco, & quā ratione colligi & reponi debeant, regulis quibusdam comprāhendemus.

Peregrina verò, quomodo sint dignoscēda & deligēda docebimus: deinde (quia plerunq; contingit, vt quā ex locis remotoribus aduehantur, magno emantur, eāmq; ob causam adulterentur, aut plurimum de sua generositate deperdant) sigillatim notas persequemur, quibus medica menta illa rara, quā facile adulterari solent, aut alioqui exoleta ad nos veniunt (tum quōd sine vlio delectu collecta sint, aut malē seruata, tū tēporis diuturnitate euanida) à veris & synceris discerni possint,

sint, ne medicamenta ea parte deficiāt, in  
qua plerūq; maior illorūvis reposita est.

*De Herbis Nostratibus.*

Quae apud nos nascuntur Herbe in  
montibus, collibus, & planis locis: ipsis  
montibus altissimis colligi debent, locis  
que Soli & vento expositis, paucis exce-  
ptis quæ collibus frequentiores, magisque  
odoratæ sunt, ut chamædrys & chamæ-  
pitys.

Quæ verò locis planis duntaxat nascu-  
tur, ea locis siccioribus, & à lacubus & flu-  
minibus procul distitis colligenda sunt,  
nisi riguis gaudeant, ut nymphæ, tribu-  
lus aquaticus, lens palustris & similes.

Caterum iam florentes, & semen quo-  
dammodo confidentes colligi debent cæ-  
lo sereno, nullis per aliquot ante dies deci-  
dentibus pluviis, nec etiam rore nimium  
madentes, nimo ve Solis calore retorridæ.

Deligendæ sunt succi plenæ, floridæ, fu-  
giendæ grandiores, graciliores & marci-  
dæ. Comæ ergo cum foliis & floribus su-  
mendæ.

Siccentur in umbra loco ad Meridiem  
spectante, non humido, puluerisque & fu-  
mi experte.

Pyxidibus reponendæ, ne à predictis  
offendi possint. Seruant suas vires an-

dum

num vnum: itaque quotannis renouā dæ, nisi si anno collectæ fuerint, cuius temperies ad modum siccæ fuerit pluuiarūmque expers & contra subsequatur æstas admodum humida: tunc enim præstat his vti, quæ siccæ illo anno superiore collectæ sunt, quam quæ subsequenti pluuioso.

*De Herbis Peregrinis.*

Quod ad Peregrinas herbas attinet, quæ apud Veteres in pretio erant, certisque quibusdam locis nasceretur, ad quos nunc nō datur accessus, eamq; ob causam non adferuntur: omni diligentia animaduertendum est, an apud nos nascatur: deinde an illis facultate respondeant, notisque à Dioscoride atq; aliis tum veteribus tum neotericis authoribus delineatis: an præterea natales conueniant, veluti si m̄tes sint similes, quales hi erant in quibus nascebantur, quæ tantoper ab illis laudabantur. His certè similes sunt in Italia multi, præsertim in Hetruria & Liguria, in quibus herbæ colliguntur non minus generosæ quam quæ è Creta, aliisve locis celebratis petebantur, præsertim si nec ver, nec æstas admodum pluuiia fuerit, obseruato scilicet tempore colligendi, & repoenendi modo, ut suprà dictum est.

*De*

*De herbis peregrinis quæ apud nos  
non nascuntur.*

EAE herbae quæ apud nos non crescunt  
quásque omnino aliude aduehi oportet,  
ex Medicorum scriptis, vñque quotidiano,  
notis quibusdam generalibus facile  
cognosci possunt, è quibus depræhendere  
licet, num eæ plantæ collectæ fuerint lo-  
co, tempore, modóque conuenienti, tum  
etiam repositæ, ita vt nec temporis, nec lo-  
ci, nec vecturæ ratione incommodum vñ-  
lū passæ sint; quod ex odore, sapore, & ea-  
rū colore depræhenditur, si insuper folia  
& flores ipsi ramis cohærent.

*De Floribz.*

FLORES qui in quotidianum vñsum-  
veniunt, magna ex parte apud nos nascu-  
tur: colligunturque iam aperti, antequam  
marcescant, iis locis in quibus ipsæ plan-  
tæ maximè celebres sunt. Siccantur & re-  
ponuntur vt ipsæ herbæ, durantque in sua  
facultate annum: singulis vero annis re-  
nouari debent, vt de Herbis dictum est.

Qui aliunde aduehantur, ex odore, sa-  
pore, & nativo colore dignoscuntur: si  
præterea adhuc integræ sint, nec commi-  
nuti, vel si nullum alias vitium contra-  
xerint.

D8

*De Seminibus.*

SEMINA nostrata iis locis colligenda sunt, quibus præstantissimæ herbae nascuntur, eo nempe tempore, quo de herbis dictum est, cum videlicet maturuerunt, antè quam decidat. Deligantur pleniora, non rugosa, & quæ odorem saporēmq; sui generis perfectissimum seruat. Siccantur ut herbae, deinde vasculis vitratis aut sacculis reponuntur, locoque sicciore & humiditatis experte. Ceteram quæ certis regionibus celebrabantur (ut etiā ipsæ herbae) his locis, si fieri potest, colligi debent quæ proximè accedant ad eorum similitudinem, quæ à veteribus commendabantur. Nostratia annum aut biennum durant.

Quæ foris, & peregrinis regionibus adseruntur, considerare oportet, an notis respondeant à Medicis prescriptis, & in eorum cognitione exerceri, ut ex sapore & odore dignosci possint. Deligantur ea quæ corpulenta sunt, nec rugosa & catiosa.

*De Fructibus.*

FRUCTVS nostrates his locis colliguntur, vbi eorum plantæ sunt præstantissimæ. Colliguntur autem dum maturuerunt, antè quam marcescant. Deliguntur pleniores & bene habitati. Siccatur sole aut clibano pro humiditatis illis innatae ratione

tione. Reponuntur armariis, pyxidibus, & locis quo nèque humor ullus, neque fumus, neq; puluis pertingere possit, & mutantur quotannis.

Fructus peregrini ex ipsorum notis particularibus dignoscuntur, eorumque præstantia illis ipsis cognoscitur signis, quibus etiam semina.

*De Radicibus.*

R A D I C E S colligendæ sunt locis ap-tis, optimæ quæque, & præstantissimæ, fru-  
ctu iam deperdito, & incipiente foliorum  
defluvio, cælo sereno; pluviæ nanque illas  
imbecilliores reddunt, & humore crudo  
implent. Siccantur autem cum integræ,  
scilicet quæ sunt exiguae, ut valerianæ ra-  
dix, asari, rúsci, asparagi, & similium: tum  
in taleolas sectæ: tum etiam matrice exem-  
pta, & solo cortice reseruato: deinde filo  
traiectæ paruis interuallis ne se se contin-  
gant, suspenduntur loco suprà recitato,  
donec pœ siccatæ fuerint, veluti radices  
gentianæ, briœnæ, catlinæ, centaurij ma-  
ioris, & similium, quæ plane eodem modo  
quo herbae reponuntur. Exiguæ radices in  
annum seruantur: Maiores in biennium.  
Mutandæ autem sunt intra id tempus, si an-  
ni temperies siccæ fuerit: si n' autem admo-  
dum humida fuerit, eo præsertim tempore  
que

quo radices colligendæ sunt, satius est illis uti quæ præcedente anno collectæ sint, modo ea qua dictū est ratiōe seruatæ sint.

Exoticæ Radices peculiaribus notis di-  
gnoscuntur: Deligendæ autem sunt quæ  
saporem, odorem, & colorem sui generis  
perfæctissimum habeant, quæque sint be-  
ne habitæ, non cariosæ, non marcidæ, nec  
rugosæ si fieri possit.

*De succis.*

Suecæ ex plantis eliciuntur, virētum  
& tenerorum foliorum caulinum vtricula-  
ria, & manuum aut torcularis expressione.  
Horum statim ab expressione v̄sus est, ad  
seruanturq; aut liquidi, aut siccatai, aut cū  
saccharo mixti in modū Syrupi. Qui liqui-  
di seruandi sunt, igne aut insolatione à  
crassioribus partibus repurgantur, & in  
phialam iniiciuntur superfulo aliquātulo  
oleo. Qui siccæ reponēdi sunt, aut sole, aut  
igne probè siccantur: tum demum vascu-  
lis vitratis, aut pyxidibus reponuntur. Li-  
quidi mutantur quotannis. Sicciverò &  
apud nos expressi, aut singulis annis, aut  
ad summum biennio.

Externi generarim dignoscuntur, aut  
odoris, saporis, coloris præstantia, aut si  
non puluerulenti sint, aliōve modo cor-  
rupti.

De

## De Liquoribus, Lachrymis, &amp; Gummis.

**L I Q U O R E S**, Lacrymæ, & Gummi quæ Medicis in vſu sunt, magna ex parte peregrina sunt. Nostra verò ex stirpibus adultioribus deſtinent, aut ex succo prægnantibus exprimuntur.

Iisdem verò notis Peregrina cognoscūtur, quibus suprà dictum est: eorum autē præstantia, aliorū quorundā collatione; quorū sigillatim mentionē faciemus, cū de simplicibus medicamentis agemus.

## De Corticibus.

**C O R T I C E S** quibus Medici utūt, partim è fructibus, partim ex radicibus, partim ex ramis sumuntur, loco, tempore, & modo coquenienti, ut dictum est.

Peregrini prædictis rationibus dignoscūt: de qbus etiā sigillatim agemus: de his præsertim, quæ in frequentiore vſu sunt.

## De Lignis.

**L I G N A** magna ex parte peregrina sunt. Nostra autem ex arboribus adultis decerpnda sunt.

Peregrina particulatim tractabimus.

## De Medicamentis ex Animalibus desumptis.

Ex Animalibus integris, aut eorū partibus medicamenta sumuntur: Præferenda autem ea sunt, quæ ex Animalibus mediæ

Bætatis,

ætatis, bene pinguibus, benéq; habito cor  
pore desumuntur. Quo modo autem præ-  
parentur & conseruentur, postea dicemus.

*De iis quæ ex terra & aqua sumuntur, item  
de Metallicis, & Terris.*

Hoc Medicamentorum genus plerūq;  
peregrinum est. Itaque de singulis quæ in  
maiore vsu sunt agemus, & aliis quibus-  
dam, quæ, cùm aliunde adferantur, diffi-  
cile cognoscuntur. Horum autem descrip-  
tionem dabimus ex antiquis Scriptori-  
bus, eisque notas enumerabimus, quibus  
& eorum præstantia, & adulterium, si quæ  
sunt adulterina, facile depræhendatur, eaq;  
omnia ordine alphabetico trademus.

**A C A C I A** planta est spinosa, è cuius  
fructu succus acacia exprimitur, quem,  
quoniam non habemus, non necesse est  
describere, sed in succedaneis, quid eius  
loco sumendum sit, dicemus. Manat &  
gummi ex ea spina, quod videtur gummi  
tragacanthæ vulgare, ut in eius historia  
dicemus.

**Acorus teste Diosc.** folia fert iridis, ra-  
dices non dissimiles, summo cespite spar-  
tas, complicatas, geniculis interceptas, in  
obliquum actas, albantes, gustu acres,  
& yr Gal. ait, modicè amaras & odoratas,  
Optima est densa, cädida, carie nō exesa,  
plena,

plena, odorata. Cæterū omnes has ferēnotas habet ea radix, quę hodie vocatur calamus aromaticus. Hāc ob causam, hęc semper pro acoro sumenda est, siue ea quę in Succedaneorum catalogo recensebitur.

Adeps ex animali florente legitur. Eodem autem tempore non colligitur omnium animalium adeps, quod eodem tempore non pinguescant. Reponitur autem bene lotus, & ab omni cruento aliisq; immunditiis repurgatus, loco sicco ad Aquilones spectante: siue figulinis vasculis vitratis, foliis lauri siccis conuolutus, & obturatus: aut exemptis membranis diligentissimè tritus, & duplice vase liquatus, fictili vitrato bene obturato locis siccis. Recens etiam & sine sale usurpatur: & quando adipem absolute reperies, sumes adipem recentem illius anni, & sine sale conditum, quia post illud tempus mutat qualitatem, aiisque præditus est faeculatibus.

Aes qua ratione vrendum sit, vt eius in Medicina usus esse possit, postea dicemus. Aes verò vstum illud est, quod Italorum vulgo Ferretto di spagna vocatur. Probatur rubrum, & quod tritum colore cinnabarim imitatur.

Aloë succus plantę eiusdem nominis no-

B. 2. tissima

tissima est. Eius apud Diosc. duo sunt genera: quoddā arenosum, quod sedimentū purissimæ esse videtur: alterum iocinoris modo concretum, ex quo nomen vulgare sumpxit aloës hepaticæ. Eligi debet pinguis, syncera, calculorū & arenularū expers, nitida, rufi coloris friabilis, iocinoris modo coacta, facilè liquescens, & eximia amaritudinis. Improbatur nigra, difficile liquescens. Adulteratur gummi, quod depræhenditur gustu: nā non valde amara est, neq; tam validi odoris, neq; digitis friata ad minima vsq; frusta resoluitur. Nōnulli, teste Diosc. illā succo acacię adulterat, quod maleficū gustu depræhēditur, minus em̄ amara est, magisq; adstringit.

Aluminis apud veteres tria fuerūt genera, Liquidū, Rotundū, Scissile, quo dūta sat utimur sub nomine vulgari aluminis plumbæ. Cæterū quotiescunq; in medicamenti alicuius compositione alumen simpliciter reperitur, scissile intelligendum est, veluti omnium efficacissimū. Optimū est candidissimū, valde adstringēs, graui odore, non lapidosum, non compactum, sed pletunq; in capillamenta quædam canescens dehiscens. Ex Aegypto adfertur. Adulteratur lapide Amiantho, sed gustu dignoscitur, quod non adstringat.

*Quællis*

Præter

Præter iam recitata aluminum genera,  
factitia tria reperiuntur: nempe alum  
fæcum, quod fit ex vini fæcibus Sole ficca  
tis donec albescant, deinde vstis. Alumen  
catinum, quod fit è cineribus herbæ Kali,  
seu sodæ vulgaris: Alumen scaiolæ, idque  
fit è lapide speculari, quem vulgò specu  
lum asini vocant.

E' factitiis etiam sunt alumen roce, &  
zucharinum: illud ex lapide candido, in  
terdum sub rubro sèpius præparato: hoc  
verò ex alumine roce, saccharo, & ovi al  
bumine paratur. Aluminis liquidi & ro  
tundi loco, satis commodè usurpare possu  
mus alumen roce.

**A**mbra citrina, Latinis succinū, Græcis  
~~λικτερον~~, & Arabibus carabe dicta, ex quo  
rundā sententia nascitur è liquido bitumi  
ne, quod è littoribus defluēs in mare, con  
crescit eo quo videmus modo. Reperitur  
in Germaniæ maritimis, pcellis in littus  
prouoluta. Eius sunt aliquot genera: Ful  
ua, quæ pellucida est, cädida, & similibus  
aliis coloribus prædicta: Candida verò,  
quodd leuior sit, & odoratior, optima cense  
tur. Probatur ea quæ attritu calefacta, illi  
co paleas, aliásq; res minutæ ad se trahat,  
& quæ accensa bituminis odorem reddit.

**A**mbra odorifera quæ ex Arabia fœlice,

& India defertur; Iuxta quorundā sententiā etiam ex bitumine nascitur, eodem quo ambra fulua Germanica modo. Hęc plerunq; in ventre piscium reperiit, qui ea copiosius vorata moriuntur. Laudatur quæ circa eorum renes reperitur: improbatur quæ in stomacho est: ea verò optima habetur, quæ nondum à piscibus devorata est, tametsi in ipsis piscibus non aspernāda interdum reperiatur. Optima est quæ ex India aduecta fulvescit: post eam, quæ ex Arabia fœlici adfertur. Est etiam Factitia ex moscho, zibetho, ligno aloës, styrace & ladano: Odor auem rerum ex quibus sit, & color qui plerunque niger est, illam prodit: præterea aquæ imposita citius mollescit quam nativa.

Ammi hodie à nonnullis ostenditur, foliis fœniculo tenuioribns, caule gracili, vmbella in qua candidi flores & semen minutissimum, cumino similis, non per omnia respondens veterum descriptioni. Plerique existimant, semen quoddam ex Hispaniis sub amomi nomine allatum, verum esse ammi, aut saltem eius loco usurpari posse. Vide succedanea.

Amomi planta hodie Italiz̄ incognita est, ideoque plura non attinet h̄ic dicere: Eius succedaneū reperies ad libri calcem.

Aristo

Aristolochię tria genera Dioscoridi re censentur, Rotunda, Longa, Clematitis. Rotunda hodie notissima, radicem habet rotundam rapi modo, reliquásque notas quas illi tribuit Diosc. Longa autem paucis adhuc cognita, quandoquidē ea quae hodie pro Longa exhibetur vulgo, quibusdā est tertia species Clematitis dicta, quod non habeat radices quaternos digitos longas, velut Longa Diosc. sed lōgissimas & graciles, quales Clematitidis describūtur, tametsi (si Diosc. textus non est mendosus, ut aliqui existimant) folia semper uiri minoris non illi conueniant. Itaque quænam sit aristolochia Longa & Clematitis, dubitatur. Cūm verò Rotunda sit omnium efficacissima, eius usus esse debet, quotiescunq; aristolochiæ nomen absolu- te reperiatur: imò etiam Longæ & Cle- matitidis loco usurpari potest. Vulgaris Longa omnium imbecillima est.

Armoniacū, Græcis & Latinis Ammoniacum dictum, lacryma est ferulae Dio scoridi. Notissimum est. Probatur bene coloratum, minutis glebis thuris similitudine, densum, syncerum, castoreum odore imitans, gustu amarum, ligni, calculorum, similiūmque fordinum expers.

Aſa foetida, plātæ peregrinæ lactyma

B 4 aut

aut succus est. Sunt qui existiment silphij succum esse in Media aut Syria nascentis, qui, teste Diosc. grati odoris non erat, ut Armeniacus aut Lybicus, quem nonnulli asam odoratam esse arbitratur & belzoin officinarum: sed non conuenit. Nā Diosc. hunc ut præstantissimum & efficacissimum laudat: Arabes verò asam fœtidam calidiorē & potentiorem asserunt: Moltò minus belzoin esse potest, quod tanta extalfaciendi vi præditum non est, quantam illi tribuit Galenus, dum laserpitij loco euphorbium non recens substituit. Aspalathum, quòd nondum habeamus, & in officiniſ prorsus sit incognitum, non describemus: sed eius succedaneum inter cetera recensebimus.

Auripigmentū metallica res est, aurum colore imitās. Eius apud Diosc. duo genera. Vnū è multis squamis, vt altera alteri imposita videatur, cōstat: Id, si purū fuerit, nec vlli materię permistū, optimū existimat. Alterū colore sandarachæ, hoc est rubrum, glandis effigie. Deligendū ergo aureo colore micans, è tenuibus squamis compactum, quod facile finditur, & lapilis aut terræ permistum non est.

Ex auripigmento nativo fit Artificiale, at senicū videlicet & Reagal vulgo vocatū.

BAL

B A L S A M o cùm careamus, nulla ci-  
ius hîc fiet mentio, sed eius succedaneum  
inter reliqua ponemus.

Bdellium lachryma est sarracenicæ ar-  
boris, inquit Dioscorides. Probatur gustu  
amarum, translucidum taurini glutinis  
modo, intus pingue, & si tactu subigitur,  
mollescens, ligni ac sordis expers, odore  
vnguis marini incensum. Facultate, secu-  
dum, est veluti siccum, resinosum, liuescens.  
Tertium est Indicu, sordidum, nigrum,  
grandioribus glebis in offas cœvolutum.  
Adulteratur gumi: sed id minus est ama-  
rum, & suffitu minus odoratum. Ex eo  
quod in vsu est deligendu quod maximè  
accedit ad prædicti notas, donec præstan-  
tius aliquod aduehatur.

Bedeguar, Dioscoridi spina alba dicta,  
ex quorundam sententia ea est planta spi-  
nosa, quæ folia habet longa, angusta, ma-  
culis albis distincta, capitula spinosa, &  
in his flores purpurascentes: Nascitur in  
Hetruria locis mótanis præsertim. Huic  
conueniūt omnes ferè notæ à Diosc. tradi-  
tæ, ideo veræ loco vñsurpari potest, aut illi  
substitui, ut infrà dicemus.

Been album secundum quosdam pole-  
monium est Dioscoridis, ea inquā planta  
quæ radice constat cubitali, candida, cau-

B 5 le ge

le geniculato, betonicę altilivocatę nō dis simili, ex quo depēdēt vesiculę seu folliculi quidā rotūdi& cādidi, folia polygono ma ri similia, maiora tamē & lōgiora, ex interuallis bina. Notissima est p Hetruriā,

Been rubrum, aliqui Dioscoridis tripolum esse volunt: Pro hac ostendūt plantā quandam in maritimis nascentem, foliis glasti, magis virentibus longioribꝫisque; caule per summa diuiso, flosculisque purpureis onusto; radice rubra, palmum lōga & contorta. Been rubrum cum hac de scriptione magis quadrat, quām albū cū polemonia: donec tamen certius de ea iudiciū statuatur, eius succedaneo vt emur.

Belozin gummi est arboris peregrinæ (non autem laserpitium) agallochi fo si tan, vt quorundā est opinio, quod vulga re est lignū aloës. Optimū censetur trans lucens, albis præditū glebulis, thuris ēmulum, rubescens, odore grato, & quādo vri tur xylo aloës odorem referēs: hac enim ratione ab adulterino dignoscitur.

Berberis à Dioscoride spina acuta vocatur. Ceterū tametsi incertū est, an frutex ille sit spiosus qui Italis Crespino dicitur, an verò ea planta quæ passim in omnibus ferè sepibus nascitur, foliis incisif, mespilo aronię similibus, an alia que dam

dam planta: vulgari tamen berberi uti possimus, donec aliud statuatur.

Bitumen, Græcis ἄσφαλτος dictum, est veluti terræ adeps qui facillimè ignē concipit. duūm est generum. Quod liquidum est ut oleum, vulgo petroleum vocatur, omnibus notū. Aliud densum picis modo quod, antequam concrescat, liquidum aquis supernatare solet: Huius generis est quod in Iudea nascēs peculiariter asphaltos dicitur: videtur autē id esse quod vulgo sic hodie vocatur. Eius verò probatio est ut purpureæ modo splendeat, sit'que ponderosum, & validum odorem vibret. Nigrum autem & sordidum vitiosum est. Adulteratur pice, quod color niger indicat, & picis odor.

Quod Babylone natū naptha vocatur, teste Diosc. bituminis cādidi aut etiam nigri colatura est, Vis ei igniū rapax. Huius loco quia ad nos non adfertur, nostro petroleo uti possumus: quemadmodū etiam asphalti loco, si dubium esset an asphaltus sit bitumen Iudaicū. Si quis autem asphalti modo densare voleret vase xneo aut ferreo illud coquet, &, quia facile flammam concipit, flamma, panno lineo madente in vas ubi percoquitur demissō, extinguetur. Hac ratione concretum petro-

leum

leum pro naphtha & asphalto usurpari potest.

Quod in Apollonia Epirotarum nascitur, quod mistam bitumini picem redoleat, pissaspaltos appellatur, & mumia Arabum esse creditur, tametsi mumiam etiam appellat, Confectione quandā quæ cädauera cōdiuntur. Factitia etiā est pissaspaltos, admixta pice bitumini.

Aliud porrò bituminis genus est lapidis modo induratū, veluti terra pharmaceuticis, aut ampelitis: Deinde quod instar fragmētorum ligni terra effossum, sed atrū ut carbo, multis locis reperitur: Multi præterea alij lapides & gummi bituminis naturam habent quæ omnia breuitatis causa prætero.

Bolus Armenia hodie duorū est generum: alterū Orientale: alterum Nostras, quod multis locis nascitur ubi sunt ferri fodinæ. vtraq; rubricæ species est. Existimāt nōnulli bolum Orientale ex Armeniā aduchi, essēq; illā ipsam quæ Galenus colore pallido, Arabes luteo, croco similem describunt. Cæterū cùm illa sit rubra, ut dictū est nō abs re dubitatur, an sit bolus Armenia. Alij putat verā esse terram Lemniā, quæ olim Capræ imagine signabatur, aut cā potius quæ Galeno rubrica

brica Lemnia vocatur, à terra Lemnia differens, Nam rubrica manus inficit, terra vero minimè. Ut vt sit, existimamus alteram alterius loco usurpari posse, vt postea dicemus. Nostrate uti possumus in medicamentis foris applicandis.

Borax notum est officinis. Fit è lapide translucido borace dicto nitri fossili gener. Huius usus est in medicamentis & Aurifabororum officinis, quemadmodum apud veteres chrysocollę. Hęc metallica erat & factitia. Metallica in aurariis, argentariis, & ærariis fodinis reperiebatur: præstatiſſima erat æraria, prasini coloris: sed & hodie adhuc in ærariis fodinis reputatur, arenę per se ſimilis, aut materię metallicę permixta, ſed quæ abraſa arenę ſimililudinē gerit. Factitia, ex pueri virina in æreo mortario trita pistilo creo fiebat: Hęc Medicis in usu fuit. Sunt etiamnum aliæ factitiæ, quæ Pictoribus tantum ſeruunt.

CALAMVS aromaticus Dioscoridis hodie incognitus est. vulgaris autem calamus aromaticus, Acorū forte est, ut iam diximus. De eo nunc plura non dicemus: ſed lectorem ad ſuccedanea remittemus.

Camphora, Arabibus Indicæ arboris lachryma est: Aliis verd, Indici bitumi-

mis

nis genūs. Ferūt Indos id bitumē quod ex cāphorā nativa stillat excoquere; quod est tenuissimarum est partiū albescere, & sublatum operculo adhætere, caphurāmque in hunc modū conformari, ut illā videntur. Hinc sit ut Mercatores capharē bitumen plerūq; admisceant: sed nō ita eandicat ut caphura illa modo iam dicto excocta. Eligatur alba, pellucida, syncea, valde odorata, quae pani calido impo- sita madescit. Semine lini, aut miliū, aut psylliū, aut pipere sepulta conseruat, ne aéri exposita euaneat.

Cantharides officinis notae sunt. Probātur in frumento inuentæ, versicolores, & quæ luteas in aliis transversas lineas habent, corpore oblongo. Cribro, aut fistili vase conduntur, cuius os raro linteo subligatum deorsum vertitur, ut excepto habitu aceris quam acerim iheruētis æstu ex- minentur. Postea siccantur, & pyxidibus ligneis, aut fistilibus vitratis reponantur. Biennium durant.

Cārdamomum Græcorū, quod est cor- dumeni Arābum, tametsi multi dubitant quidnam sit. Illud tamen quod officinæ cārdamomū maius appellat, cardamomi Græcorum loco usurpati posse videtur, quia aromaticam quādam acrimoniam,

neq;

nec non amatitudinem, quamuis obscuram, habet. Aliud vero est cardamomum Arabum à Græcorum cardamomo: Eiusque duo genera cōstituunt, maius, & minus, utrumq; nobis incognitum: nisi maius, illud intelligatur, quod melligerā aut granum Paradisi nuncupant. Semen est angulosum, acre linguam vellicans, non admodum aromaticum. Cardamomum minus officinarum nullo modo conuenit cum cardamomo minori Arabum, neq; ad aliquid cardamomi genus referri potest: sed est melanthij genus, ut in eius historia dicemus.

Cassia Græcorū, ut ex Dioscoride & Galeno colligere licet, cinnamomū sive canella officinarum videtur qua pro cassia comode uti possumus. Præfertur longa, odorata, gustu cum actimonia grato, rufescens: quod genus facile reperiri potest.

Cassia arabum, est cassia illa nigra solutiua vulgo notissima. Eligatur Alexandrina, amplis siliquis, grauis, quæ cōcusa, clausis intus granis non strepat, cortice lœui & purpurascente.

In Græcorū medicamentis, si cassia præscribatur, eius loco canella optimā sumenda est: tum etiam in Arabum scriptis, ubi Græcorū remedia recensent: & iis etiam medi-

medicamentis quæ corpus non soluunt.  
Sin autē remēdia ab Arabib⁹ descripta  
sint: aut in eum vsum præscripta, vt cor-  
pus purgent, cassia nigra vti debemus.

Castoriū, castoris testes sunt. Eligi de-  
bent, inquit Diosc. qui ex uno principio  
committūtur, liquore intus veluti ceroso,  
odore graui & virus redolēte, gustu acri.  
mordente, friabili, ac multis naturalibus  
tunicis circundato. Adulteratur gummi  
armoniaco cum castoris sanguine & ca-  
storio subacto, deinde in vesiculā cōiecto  
& siccato. Deprehenditur fraus ex notis  
prædictis, tum etiam quod factitij testes,  
ipsis nativis, qui plerunque sunt exigui,  
ampliores sunt.

Centaurium duorum est generū, mai-  
ius, & minus. Maius Diōscoridi folia iu-  
glandis habet, oblonga, viridi brassicarū  
colore, in ambitu ferrata, caulem ceu ru-  
nicis, binām aut ternām cubitorū, mul-  
tis ab radice adnatis, in quibus capita ceu  
papaueris, in rotunditate oblōga, flos ex  
cærulco candicans, cyanio flori perquam  
similis, verū maiot: semen in floribus  
compactū, quale in floribus in papos eu-  
nescētibus esse solet: radix crassa, grāuis,  
sesquicubitum longa, rubescens, succo  
prægnans rubescente, & cum adstrictio-

ne

ne quadam & dulcedine, acri. Huius radix sub rhapontici nomine officinis notissima est. Centaurium minus passim nascitur, notissimumque est ex Dioscoridis prescriptione. Maioris radix in vsu est: Mino ris coma cum floribus & semine.

Cera notissima est. Optima est subfulua, modicè pinguis, pura, odorata, mellis habitum quadantenus referens. Secundum locum obtinet candicans, & suapte natura pinguis. Laudatur Pontica & Cretica.

Chalcitis metallica est, in venis ærarijs nata, mediæ inter misy & sory facultatis, quibus caretus. De his vide succedanea.

Cinnamomum Dioscoridis hodie incognitū plerique existimant, tametsi non defint qui in canellæ odoratioris capsulis facile reperiri posse putet, quia Diosc. cinnamomi quædam genera cassiae similia facit. Ut cunque sit, canella optima, & cinnamomi, & cassiae loco usurpari potest, donec melius aliquod medicamentum quo substitui possit reperiatur.

Coagulum Leporis omnium præstansissimum est: deinde Hœdi & Hinnuli. Excipitur antè quā ipsa animalia aliud quidquam præter lac maternū degustauerint. Vituli marini coagulum excipitur prius quam cum matre ad prædā natare possit.

C Fumo

Fumo aut sole exsiccata, & loco sicco seruantur. Annum vnum aut biennium durant.

Costus Dioscoridi radix est candida, leuis, eximia odoris suavitate, qualem Arabicum esse dicit: hic præcellit. Secundum locū sibi vēdicat Indicus, crassus, leuis, vt ferula niger. Tertius est syriacus, grauis, colore buxeus, & odore nares feriēs. Optimus est recēs, albus, abundē plenus, dēsus, aridus, à teredinibus non erosus, sine gruevolentia, gustu acuto ac linguam velliens, &, vt ait Galenus, aliquantulum amaro. Omnes ferē optimi costi notæ in angelicæ radice, quæ satis nota est, reperiuntur. Hinc sit vt nonnulli putent, eam pro vero costo substitui posse: vt verum fateamur, prēstat eā costi loco vsurpare, quām costum vulgare officinarum, quod à iam dictis notis alienissimum est.

Croci cùm multus sit usus, & sanis, & in Medicina, curā adhibenda est vt optimus, recens, & syncerus diligatur. Nam variis modis adulteratur: sed maleficium ex colore, odore, & pondere depræhenditur: siquidem adulteratus, nec vetus eam coloris gratiam habet, sed obscurior est, neque odoratus vt recens, sed situm redollet, & ponderosus est. Cæterū qui luteos quosd

quosdam flores admistos habet, odore & gustu dignoscitur, tum etiam quod eam coloris venustatem in tingendo non habet, quam syncerus. Qui sapo sublitus est, sapore dulci, & colore obscuro est. Cui permixta lithargyros, iusto pondero sior est.

Cubebæ, quarum in officinis vsus, sunt fructus peregrinus, satis notus. Non sunt autem cubebæ Arabum, neque earum loco in Arabum præscriptionibus usurpari debent, sed canella: arbitratur enim Serapio cubebas esse carpesium; ex Galeni sententia eas facultates cubebis tribuēs, quas Galenus carpesio tribuit, corticem cinnamomi loco carpesiū maiore quantitate substitui voluit.

**C**urcuma Arabū. radix est officinis nota. Creditur cyperi genus esse, quod Dioscorides in India nasci asserit.

Cuscuta, Græcis & Recentioribus casutha dicta, planta est capillaris, sine foliis, reliquas plantas inuoluens & enecās. Nota est. Deligenda est quæ in genista reperitur.

Cynoglossum vulgare omnibus notum, tametsi Dioscoridis cynoglossum nō sit, à Plinio tamen inter cynoglossi gene-

C 2      ra des

ra descriptum putatur , & easdem cum illo habere facultates : quam ob causam eius usus esse potest.

Cyperus iuncus est triangularis, interdum quadrangularis, cubitalis aut maior folia fert porracea, longiora & angustiora, in summo caude minuta, semen complectentia : radices, quarum in Medicina usus, inter se cohærentes, oleis oblongis similes, vel rotundæ, nigræ, suavi odore, & amaro gustu. Nascitur in palustribus. Duo rum generum in Italia reperitur. Vnum exiguū, cui radices oleæ similes: hoc præfertur. Alterum maius, cuius radices inæquales & contortæ. Optima ea est radix, inquit Dioscorides, quæ grauior est, densa, plena, dura, aspera, odorata cum quadam acrimoniam, qualis est cilicia, syriaca, & à Cycladibus insulis petitur. Sic & quæ hodie quæ ex Oriente aducuntur, melior est nostrate.

Aliud Cyperi genus in India nasci Dioc. dicit, gingiberis effigie: quod croci modo tingit. Illud veterum curcuma esse non abs re plerique existimant.

DICTA M N V M, herba est in sola Crete nascens, pulegio similis, sed maioribus foliis, cana lanugine pubescentibus. Florem nullum aut semen profert, inquit Dioc.

Diosc. Theophrastus verò cæterique Autores & caulem illi tribuunt, & florem, & semen, ut manifestè videre licet in dictāno quod hodie ex Creta adfertur, cui qui dem conueniunt reliquæ Diosc. notæ, sed florem & semen profert.

Alia est planta, dictamnum album vulgo vocata, alias fraxinella, planè à dictāno Cretensi diuersa, quæ quamuis valde efficax sit, dictamno Cretensi substituitamen non potest: hoc euim veteres intelligunt, cum absolutè dictamnum scribunt.

Diphryges, æris veluti subsidēs fæx est, quæ ære cocto, & post aquæ frigidæ offusionem sublato, ima fornacum parte cohaerens reperitur. Est etiamnum aliud genus factitium, quod ex pyrite ærolo fit lapide multos dies ut calx cremato, donec rubescat ut rubrica. Deinde sublatum reponitur.

Fiebat etiam èluti cuiusdam cyprij generē, hodie inusitatum. Priora verò duo genera facilè reperi possunt. Adulteratur ochra exusta, quæ ut diphryges rubescit: Deprehenditur autem quod subito linguam non exsiccat, nec saporem æris reddit ut natuum diphryges.

Dragagantum, Græcis tragacantha, lachryma est, quæ è radice plantæ cuiusdā

C 3 spin

spinosa eiusdem nominis manans, concreta  
uit. Præstat pellucens, leuis, gracilis, sincera & subdulcis. Videtur ea esse, quæ vul-  
go gummi Arabicum vocatur: Contra ve-  
rox ea quæ tragacantha dicitur, gummi a-  
caciæ esse, ut suprà in acacia retulimus.  
Itaque cum vires habeant similes, altera  
alterius loco sumi potest.

**E L A T E R I V M** succus est è fructu eu-  
cumeris sylvestris, plantæ notissimæ. Opti-  
mū est leue, non ponderosum, cum can-  
dore leniter humectum, gustu amarissi-  
mum, quodque lucernarū luminibus ob-  
iectum facilè flagrat. Improbatur scabru,  
turbidum, porracei coloris, medium erui  
& cineris colorem referens, & grave. Sunt  
qui amyolum immisceant, ut cadolein ip-  
sum imitentur, ponderosiusq; sit. A' bima-  
tu ad decennium utile est inquit Diosc.  
tametsi aliter alij sentiant, Eius extrahen-  
di ratio suo loco dicetur.

Ellebori duo sunt genera, album nimi-  
rum & nigrum. Album radicibus nititus  
multis, tenuibus, candidis, ab oblongo &  
exiguo capite excurrentibus cepatum mo-  
do: folia fert plātaginis; caulem palmo al-  
tiorem, cauum, tunicis conuolutum: satis  
notum est. Deligēdæ sunt radices summis  
montibus collectæ tempore apto, candi-  
dæ,

dæ, mediocriter extentæ, friabiles, carnosæ, nullum in frangendo puluerem emitentes, quæq; sunt medulla tenuis, gustu feruente, nec tamen id vehementer, quæ enim nimium acres sunt, strangulant.

Elleborū nigrū folia habet viridia, platanī similia, minora, foliis sphondylīj proxima, pluribus diuisuris incisa, nigriora, & crassiora, subaspera: catulis asper, flores ex candido purpurei, cotoneis similes, raramatim coherētes: in quibus est semen cnicō simile: radicibus nigris, tenuibus, eillebore albo similibus, quarum duntaxat est usus. Eligi debet bene nigrum, corpulentum, plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu feruēnsque.

Elleborū nigrū quo hodie plerunq; vntur, non est iam descriptum: verum tamē etiam in Hetruria reperitur cū prædictis notis, tametsi rarò. Itaq; cura adhibenda est, vt id sumatur, quamvis non multum errant, qui in veri loco vntur vulgari.

Epithymum planta est cassuthæ similiis, aut cassutha in thymo nascens, & illud cincinnis suis ambiens. Cūm autem hoc tépore thymi copiā non habeamus, caremus etiā epithymo. Illud em̄ quod vulgo in usu est epithymbra est, quod in thymbra, quæ thymi nomine surpatur, crescat.

C 4 Hac

scat. Hac autem hodie veri epithymī loco vti possumus: nam easdē facultates habet, aliquantò tamen debiliores. Quod ex Creta adfertur, epithymbra etiam videatur, epithymum enim non est, tametsi nostrate melior.

Esula, Græcis tithymalus dicitur. Sed velut esula nomine tres plantæ intelliguntur, maior videlicet, minor, & rotunda: Sic etiā tithymali genera septem à Dioscoride aliisque pluribus describuntur. Esula maiore pytina Diocoridis intelligenda est, & alcebram maius Mesuæ: Esula minore, tithymalus cyparissias & alcebram minus: Esula rotunda, peplos: quæ omnes plantæ hodie sunt cognitæ. Cognoscendæ sunt etiam reliquæ tithymali species, præsertim characias, qui reliquis præferre batur, & Græcis erat in usu. Hodie cognitus est, quemadmodū & reliqua tithymalorum genera, his præsertim qui in his inuestigandis diligentiam aliquā adhibet: Nam omnes in Hetruria reperiuntur. Eorum descriptio, cùm sit admodū prolixa, ex Dioscori petenda est.

Eupatorium Græcorum, vulgaris agrimonæ est. Eupatorium Auicennæ id esse creditur quod vulgo eupatoriū appellant, foliis cannabis sylvestris, & secundum a-

quas

quas crescit: vulgo nota est. Eupatorium Mesuæ herba est amara, quibusdam camphorata, aliis herba giulia dicta, quæ Di- scoridis ageratum putatur. Cùm itaque omnes hæ plantæ eupatorium appelle- tur, animaduertendum est ne indifferen- ter altera pro altera usurpetur: Sed in Græcis compositionibus, agrimonie vsus est: In Auicenneis, Auicennæ: In Mesuæis, Mesuæ eupatorium usurpandum est: si- guli enim suo eupatorio peculiares ac di- uersas facultates tribuunt.

Euphorbium est succus ex arbore feru- læ simili emanans. Duo eius genera Dio- coridi. Vnum sarcocollaæ modo emicans, in granula concretum orobi magnitudi- ne. Alterum veluti fæx quedam est, imbe- cillius. Adulteratur sarcocollaæ & gummi Arabici mistione, sed difficile experimen- tum, quod leui gustu os accensum diu de- tineat. Eligendū translucens. Recēti, quia viribus est violentis, non vtendum, sed annotino. Annis quatuor integrū seruari potest cum milio, fabis, aut lentibus ne elanguescat: quinto enim vel sexto anno vis eius exoluitur. Ceterū cùm plerunq; cōtingat vt ad nos magis aduehatur vetu state corruptum, quam recens; maior cu- ra in eo adhibenda est.

C 5

Fe]

Fel omne sumendū est ab animalibus  
mediæ ætatis, quæ neque fameim, neq; si-  
tim passa, neq; exercitio nimium defati-  
gata sint, neque iræ nimiū indulserint. De  
tractū à iecore, & præligatis filo viis qui-  
bus & admittitur & egreditur bilis, in fer-  
uentem aquam demittitur aliquāto tem-  
pore, mox exemptum siccatur loco sicco,  
& reconditur. Siccatur etiam camino sus-  
pensum nec aquæ feruenti demissum: In-  
terdum eo utimur recenti iam primūm  
ab animali exempto, veluti selle gallorū,  
perdicum, piscium, & similiūm quæ facile  
comparari possunt, nec magno constant.

Flos æris grana quædam minutissima  
sunt panici effigie, rubentia æris modo,  
quæ exiliunt ac erumpunt, quando æs per  
cola funditur, & aqua pura & frigidissima  
affunditur. Facile reperiri potest in æra-  
riis officinis. Optimus est friabilis, in at-  
tritu fulvescens, milij effigie, breuis, pon-  
derosus, modicè splendens, gustu adstrin-  
gens, qui delimatam æris scobem nō re-  
cepit, qua sāpe adulteratur: Sed id facile  
depræhenditur dentium allisione, scobs  
enim non atteritur, sed dilatatur.

GALANGA radix est nodulis scate-  
tes, intus & foris rubra, per internodia cō-  
torta

torta, odorata, & acerrimi saporis, odore  
& figura quadam cyperi, vnde quibus-  
dam cyperus Babylonicus putatur. Eli-  
genda grauis, rubra, sapore acerrimo lin-  
guam vellicans. Adulteratur cyperi vulga-  
ris radicibus repurgatis, & in acetō cū pi-  
pere maceratis: sed abraso cortice fucus  
deprehenditur, nam pars interior neque  
galangæ acrimoniam neq; saporē habet,

Galbanum ferulae liquor est, vulgo no-  
tū est. Laudatur multis granulis constās,  
merum, thuris effigiem præbens, pingue,  
non lignosum, retinens nonnihil seminis  
è sua ferula, graue odore, neque humi-  
dum neque aridum. Adulteratur resina,  
fabæ farina, & ammoniaco: quod ex no-  
tis iam dictis deprehenditur.

Gummi elemi quibusdam cedri la-  
chryma est, aut oleæ Aethiopicæ, aut ar-  
boris ignotæ. Laudatur quæ resinosa est,  
stillis exilibus constans, leuis, valido odo-  
re & sapore.

**H A R M E L** Græcis harmala dicta, ru-  
te genus est Dioscoridi descriptum in ru-  
ta Galatica. Quibusdam dictamnum al-  
bum vulgare creditur: non conuenit ta-  
men illi semen subrufum & triangulare.  
Hanc ob causam eius succedaneo utimur,  
donec præstantius aliud reperiatur.

Hermo

Hermodactylus radix est officinis nota. Variæ sunt opiniones cuiusnam plantæ radix sit à veteribus descriptæ. Verisimilior tamen eorum est sententia, qui colchici radicem esse existimant, tametsi Diosc. venenosam esse affirmet: nam medicamentorum purgantium magna pars fere est eiusmodi. Hermodactylum unum idemque esse & Græcis & Arabibus creditus: itaque huius nostræ radicis facultatibus freti, ea utemur Hermodactyli veterum loco. Probatur candidus, corpulentus, plenus, grauis, non cariosus.

Hypocistis plantula est cisti radicibus adnascens, sine foliis, floris punici similitudine antequam explicetur, multis capitulis aut tuberculis constans rotundis, semini plantæ ab Italîs *Grano d'India* vocatae similibus, candidis, herbaceis, aut rufis. Præfertur subrufa. Ex Hypocistide liquor exprimitur preparaturque ut postea dicemus. Animaduertendum est ne Hypocistidis loco, colligatur planta aliquantulum ei similis, quæ vulgo cauda leonis vocatur, est enim orobanche Dioscoridis.

Hyssopum Græcorum herba est foliis & floribus origano similibus, hodie incognitum. Hyssopum Mesuæ domesticum, est *Hyssopum vulgare* quod in hortis colitur.

Sylue

Sylvestre nascitur in montibus , thy-  
mumque vulgare est. Vtunque thymus  
species est , & Hyssopo substitui potest,  
præsertim sylvestre, thymum dictum.

I E C V R Lupi, cæterorumque anima-  
lium, sumi debet ex ipsis animalibus non-  
dum adultis , vinoque odorato lauari:  
deinde vasi impositum, furnoq; probè sic-  
catum, sed nō exstū, vasis vitratis reponi-  
tur absinthio sicco inuolutū, ne putrescat.

L A C C A Arabum, Græcis cancamum  
dictum hodie non reperitur : ideoque  
eius succedaneo vrendum.

Ladanum liquor est, ex alterius cisthi  
ledon appellati foliis exsudans. Hodie &  
liquor & planta nota sunt. Optimū, mini-  
mēq; adulteratum, odoratum esse debet,  
subuiride, facile mollescens, pingue, resi-  
nosum, arenularum aliarumque sordium  
expers, quale in Cypro gignitur.

Lapis armenius, Italis verdazuro, quasi  
viride cæruleum dicas, tametsi ex Arme-  
nia non aduehatur: multi tamen existi-  
mant, eo qui ex Germania adfertur, uti  
nos possē, eo delecto qui est leuis colore,  
cæruleo, per quam æquabilis, & friabilis.  
Sed cum nec eius magna sit copia, eius  
loco lapidem lazuli usurpabimus.

Lapis lazuli, quem Græci cyaneū , Itali  
azuro.

azuro oltra marino, hoc est, cæruleum transmarinum appellant, lapis est cærulei coloris, qui in aurariis, argentatiis & aurariis venis reperitur. Optimus est qui in aurariis oritur, saturi coloris, maculas quasdam aureas stellarum modo radiantes habens, qualis is esse solet è quo fit color ille cæruleus. Huius usus esse debet, magna cura adhibita, ne factitij pro eo sumantur; hos enim Pictoribus relinquere debemus, natuòque uti, postquam bellotus erit ut dicemus.

Leuisticō, quod Diosc. ligūsticum, Galenus libisticum nominat, quamvis plerique plantæ multis partibus sint similes: nulla tamen adhuc reperta est, quæ eius omnibus notis respondeat. Itaque eius succedaneū cum reliquis vide.

Lignum aloës, Dioscoridi agallochum nominatum, lignum est quod ex India atque Arabia deportatur, varium, maculatum, odoratum, gustu adstringens cum quodam amatore; cortex eius corio similis, colore aliquantulum versicolore. Arribibus præfertur id quod ex India adfertur, crassum, nigrum, varium, solidum, graue, sine candore, & quod ignibus impositum diu perdurat.

Lignum guaiacum, quod nonnullis lignum

gnum sanctum dicitur, ebeni genus esse creditur. Optimum est graue, densum, interiore parte nigra, exteriore & illam ambientem subflava: cortice leui, firmiter hærente, ligni scobe, si manibus comprimatur, simul coherente, (quod pinguedinis eius indicium est) quod denique in sua decoctione multum odorem, saporem atque colorem relinquit: magnitudo autem aut parvitas fragmentorum nō sunt tam magni momenti, quam notæ supradictæ: sed in hac parte mediocritas laudari potest. Aduertendum est cortice nos vti seorsim, quem plerunque fraxini cortex adulterari contingit, aut similibus, qui tamen dignoscuntur sapore & odore quodam peculiari.

Lithargyros lapis est è plumbo factus; plumbū enim dum secunda fornace excoquitur aut solum, aut metallo aliquo permistum, partim in Lithargyron, partim in plumbaginem vertitur. Duo sunt eius genera: vnum colore aureo: alterum argenteo: quod sit ut illud lithargyros auri, hoc lithargyros argentii nominetur. Inde vero hæc differentia nata est, quod alterum altero maiorem vim ignis passum sit. Lithargyrum auri præfertur, hodie notissimum.

## MACIS

M A C I S nucis moschatæ exterior cor  
tex est, in quo nux latet, quemadmodum  
auellana in suo putamine. Præfertur cras-  
sum, plenum, odoratum, sapore subacri;  
hodie notum.

Manna ros est, qui ex aëre in arbores,  
herbas, lapides, terramq; decidens, densa-  
tur & cogitur in grana minuta. Præfertur  
calabra, præsertim quæ ex foliis arborum  
collecta est, quæ ex hoc dignoscitur, quod  
grano constet exiguo, translucente, gra-  
ui, similis mastiches granulis, candidis, &  
gusto dulcibus & suauibus. Secundum lo-  
cum obtinet quæ è ramis colligitur; Ter-  
tiū quæ in lapidibus. Hæ crassiores sunt,  
& minus synceræ, colore turbido. Syriaca  
si sit perfectè granulata mastichaq; assi-  
milis, valde etiam probatur, dulcis, & re-  
cens. Cum iam exoleuit, floccorum bom-  
bacis reficit imaginē, leuis concavāq; est.  
Adulteratur amyli farina, rebūsq; simili-  
bus: sed maleficium facile depræhendi-  
tur. Insuper & ea quæ simul concreuit,  
saccharo & sena adulterata esse solet, ac  
croco, carthamivē flore tincta: verūm gu-  
stu depræhenditur.

Manna thuris, sunt minutissimæ thuris  
micæ. Laudatur alba, pura, micarumque  
frequentia prædicta. Sunt qui cibrata pini  
resina,

resina, ac polline, aut cortice thuris confusi adulterant: sed hæc igne depræhenduntur, nam adulterata non æqualiter flæ grat incensa, nec aërium vaporem, sed fuliginosum & impurum expuit, variūmq; odorem habet. Hodie minutissimæ thuris micæ sunt in vsu.

**M**arū, maiorana nobilior esse creditur, videturq; ea mari loco substitui debere.

Mastiche lentiscina resina est. Præferatur resplendescens nitedulæ modo, & can-dore Hetruricæ ceræ similis, crassa, retorrida, odorata, friabilis; viridis inferior est. Adulteratur thuris resinæque pineæ nucis mistura.

Medulla ex florenti animali sumenda est, ut in adipe demonstrauimus. Colligitur æstatis exitu, hyemis initio. Duo eius genera; Medulla ex ossibus: altera è spina, quæ multum inter se differunt, ideoque singulæ seorsim reponendæ. Præparatur reponiturque eodem quo in adipe diximus modo.

Mel optimum flauum, odore & sapore iucundo, acre, purum, syncerum, totum pellucens, tam sibi cohærens ut continuitatem suam quasi linea longissima non intercicum seruet, si digito attollitur.

Melilotis flore est luteo, colore vicina  
D croco

croco, odorato. Laudatissima foliis constat minutissimis pinguissimisque: semen in siliquis teretibus profert ratum, rotundum, sinapi minus, colore luteo. Ex his manifestum est, eam quæ hodie in usu est, non esse veram melilotum, non enim est odorata: nisi ex eius genere sit, quæ in Campania nascitur, odore infirme, ut ait Dioscor. Diligentia itaque adhibenda est ut vera habeatur. Hanc nonnulli trifolium illud esse arbitrantur, quod locis montosis, sterili solo, ad meridiem spectante nascitur: foliis ciceri similibus, minoribus, maculis quibusdā stellarum modo distinctis: flore luteo fulvescente: semine exili siliqua, in cuspidem definente, flavū continetur. Tota planta grauissimo esse odore, theriacæ proximo, quam Herruriæ incolæ herba bachæa appellant, quod ea infantium vermes enecant.

Meum anetho caule & foliis simile, sed eo crassius, binum plerumq; cubitorum altitudine attollitur; sparsis in obliquum profundumq; radicibus, longis, odoratis, tenuibus, linguam excalcentibus. In altissimis Herruriæ montibus hodie planta quædam reperitur planè cum hac descriptione conueniens. Quam ob causam diligentes Pharmacopolæ hæc nosse discat,

vulga

vulgarique meo uti desinant. Quid vero,  
si reperiri non possit, substitui debeat, in  
succedaneis dicemus.

Mezereon, aut Dioscoridis thymelaea,  
quo nomine aliqui etiam chamæleam  
complectuntur: utraque nota est. Prior  
foliis & fructice lini aut linariæ similitu-  
dinem refert: Chamælea folia oleæ ha-  
bet, verum minora.

Möschus excrementū est cuiusdam ani-  
malis, certo anni tempore circa eius um-  
bilicum veluti in tumorem quandam con-  
cretum. Melior est Orientalis, substitutus.  
Adulteratur quemadmodum & cetera  
quæ rara sunt: sed ex colore, odore & sapo-  
re dignoscitur, præterea etiam & ponde-  
re; nam multa admiscentur in eo adulter-  
iando. Verum cui syncerum & verum  
experientia cognitum est; ex his notis fa-  
cile fucum deprehendet.

Mumia Arabum, compositio quædam  
est ex aloë, myrrha, croco, & balsamo,  
qua cadavera condiebant, deinde aliquan-  
tulo post tempore ex sepulchris exime-  
bant, cum sanie quæ ex cadavere exudaue-  
rat, seruabantque in usum medicum. Sed  
quia pice & bitumine corpora condiri  
etiam solebant: easdē illi facultates tribuūt  
quas Diost. piissasphalto, idemq; efficeret

D 2 dicunt

dicunt quod permixtum pici bitumen.  
Quod si verum est, cum neq; veram mu-  
niā, neq; Diosc. piſſaſphaltum habeā-  
mus, arte conſlari potest ex pice bitumi-  
ni permīſta, ut in bitumine dictum est.

Muscus arborum, quem vulgò vſneam  
appellant, lanugo ſicca eſt, in quercu, abie-  
te, larice, multisque aliis arboribus na-  
ſcens. Optimus eſt candidus & odoratus.  
Laudatur cedrinus, proximè populneus:  
Reliquis verò præfertur odoratus, albus,  
ut iam diximus.

Myrobalani Arabum diſſerunt à My-  
robalano, hoc eſt nuce vnguentaria Dio-  
ſcoridis, quā vulgus Ben appellat. Quinq;  
generibus diſtinguuntur, videlicet in  
Citrinas ſeu flauas, Chebulas, Indas, Em-  
blicas & bellericas.

Citrinæ laudantur multūm flauæ, in vi-  
tide inclinantes, densæ, graues, gummoſe,  
cortice crasso os paruum complectente.  
Cepulæ ſive chebulæ quo maiores eo  
meliores, nigræ, in rubrum inclinantes,  
graues, quæ aquæ impositæ statim mer-  
guntur, cortice crasso.

Indæ optimæ ſunt nigræ, ſubſtantia  
ſolida ſi frangantur, densæ, magnæ, gra-  
ues ſine oſſibus.

Emblicæ ſunt magnæ, graues, densæ,  
carme

carne multa, ossibus exiguis.

Bellericæ verò densæ, magnæ, graues,  
& cortice crasso. Quæ his notis carent,  
aut vetustate exoticæ sunt, aut aliud in-  
commodum passæ sunt.

Myrrha Arabicæ arboris lachryma est.  
Huic tametsi non quadrant omnes notæ  
à Dioscoride descriptæ, cùm tamen mul-  
tis sit prædicta bonis qualitatibus, existi-  
mant nonnulli pro vera posse usurpari.  
Elegenda est pinguis, resinosa, rubescens,  
densa, & splendens. Sunt qui affirment sto-  
racem liquidam, qua officinæ vtuntur,  
stillatitium myrræ liquorē esse, qui stacte  
veteribus dicebatur. Quod nullo modo  
conuenit: nam storax liquida factitiū po-  
tiū quiddam videtur, cuius nullus usus  
pro myrræ stacte esse debet. Quod verò  
de opocalpaso scribit Galenus, quod myr-  
rhæ similitudinem gerat, sed venenosum  
& exitiale sit, multosque sua ætate mor-  
tuos esse, quod in medicamentis opocal-  
pasum pro myrrha assumpsissent, nemini  
nostra ætate contigisse audiuiimus. Quod  
magnum argumentum est, nos verā myr-  
rha carere.

NIGELLA, quam Dioscorides gith  
aut melanthium nominat, herbula est exi-  
libus surculis fruticans, binos dodrantes

D 3 aut

aut amplius altis; foliis minutis, aliquantulum ad senecionis similitudinem accendentibus, sed multò tenuioribus: capitulo in cacumine tenui, paruo, ceu papaveris, oblongo, inter cursantibus intus membranis, quibus semen includitur nigrum, acre, odoratū. Qua hodie vtunur nigella, non est verū melanthium, sed cumini forte sylvestris apud Dioscoridem genus. Verum hodie reperitur, sed non passim, itaq; ahibenda eit diligentia. Melanthij genus est, quod vulgo cardamomum minus creditur, nigellaque citrina vocatur, quæ præter colorē, omnino cum melanthio suprà descripto conuenit: eius itaque usus esse poterit veri melanthij loco, potius quam vulgari nigella, que non est odorata, vt vera esse debet.

Nitri apud veteris multæ erant differētia, nativū factitium, & aphronitrū, quod veluti nitri flos erat. Hodie vnicum habemus nitri genus, nempe boracem non excoctam, quæ quibusdā nitrum fossile est, cōque nitri loco vti possumus.

Salnitri, tametsi proximè ad nitri nativam accedat, nullus tamen eius in medicina usus esse potest, præsertim in his quæ intrò assumuntur. Nitri in succedaneis etiam fiet mentio.

Nux

Nux moschata, arboris Indicæ fructus est, persicæ arbori (ut scribūt) similis, In hac enim nux moschata nascitur macula suo inuoluta, veluti auellana membrana illa sua exteriori. Macis inuolucro tegitur, quemadmodum & in aliis nucibus, putamen durum, quod in se nucem moschatam continet qua vtimur. Eligenda est recens, non exesa, grauis, succi plena, oleosa, odorata.

**O**ESYPVS est succidarum lanarū pinguitudo quam vulgo hyssopum humidā appellant: Cuius parandi ratio hæc est. Succidæ lanæ molies è collo feminib[us]q[ue]; aqua feruente maceratur, in eaque lauantur donec sordibus bene expressis, purgatæ extrahuntur, deinde aqua magno impetu lignea rude agitatur, aut vasculo excepta in aliam ex alto infunditur, quò adiùs sordida spuma supernatet, qua disoluta, pingue supernatans aquæ, excipitur: rursus aqua agitatur, pinguéq[ue]; excipitur: & hoc deinceps tatisper fieri debet, dum consumpta pinguitudine, nihil protrsus spuma extet. Collecta pinguitudo agitatur & aqua pura respurgitur, perpetuoq[ue]; ad Solem manibus miscetur, donec candida spectetur & aquam non amplius inficiat, tum in fictili vase denso & bene

D 4 cocto

cocto reconditur, & in cella locoue frigido reponitur.

Opopanax succus est effluens ex incisa radice aut caule panacis quod Dioscoridi heracleū dicitur. Hodie cognita est planta & ipse succus, qui maximè probatur, quam amarissimus; internè alb<sup>o</sup>, aut subfuluus, foris colore croci, leuis, pinguis, friabilis, tener statim in aqua cliquescēs, graui odore: Niger improbat ac molllis. Adulteratur ammoniaco, aut cera: sed synceri experimētū est, si digitis in aqua friatus resoluatur & lactescat.

Opiū succus est è capitibus papaveris nigri. Duūm est generū, vnum ex capitibus & foliis expressum, Græcis meconis vocatur; illud ignauius. Alterū ex capitibus paululū incisis exstillans, verum est opium. Optimum est densum, graue, amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua dissoluitur, leue, candidum, neq; aperum, neque grumosum, quod colatum nō statim ut cera coēat, quod in Sole diffundatur, & admodum lucernis, clara luceat flāma, & extinctum odoris vim conservet. Adulteratur glaucio, hoc est nemitha, aut gumi, aut sylvestris lactucæ succo. Verum glaucio fucatum in dilutione croci colorem reddit; lactucaceo succo depraū

deprauatum, inodorum est, & asperius;  
gummi vitiatum, infirmū est, & splende-  
scit. Nec desunt qui adipem admisceant.

Origanum Dioscoridi trium est gene-  
rum, heracleoticum, onitis, & sylvestre:  
Quorum postremū copiosè in nostris ma-  
ritimis nascitur: Reliqua duo cognita qui  
dem sunt, sed rara. Tragoriganum est in-  
cognitum. Quod hodie in vsu est, ad nul-  
lum origani genus referri potest; primū  
quod in maritimis nascatur, vbi dūtaxat  
extera crescunt origana; deinde quod gu-  
statum, linguā non v ellicat vt reliqua ori-  
gana. Adulterinum igitur erit origanū,  
quia reliquis notis ita cum origano con-  
uenit, vt gustu solo ferè distingui possit.  
Danda est opera vt legitimū habeatur,  
atque hoc reiciendum. Verūm hodie ex  
Creta copiosè Venetias adfertur.

Orobus, siue eruum, illud est quod in  
Hetruria moco vocatur, vulgōque, cùm  
sit notissimum, seritur. Hoc itaque vten-  
dū, non alio. Aliud supradicto simile Cre-  
ta adfertur orobus illic nominatum, hoc  
nonnulli verū esse existimant: foliis est  
phasioli vulgaris, sed angustioribus, &  
minoribus: semine subflavo quod cum  
difficilē reperiatur supradicto vtendū est.

PAPAVERI sapud Dfoscordem sex  
D 3 sunt

sunt genera. Primum sylvestre rhæas di-  
ctum omnibus notum. Alterum, cædidiū,  
capitibus oblōgis, candidis, semine albo;  
hoc etiam notum. Tertium & Quartum.  
nigrum, è quibus colligitur opiu: semine  
nigro; vtrumq; Dioscoride papaver sylve-  
stre etiā dicitur: & illud notum est. Quin-  
tum papaver corniculatum, sic dictum,  
quod caput non proferat, sed siliquam o-  
blongam & rotundam in corniculi mo-  
dum, florem luteum, vulgo notum. Sex-  
tum papaver spumeum vocatur, hoc in-  
cognitum est. Quoties papaveris simpli-  
citer & sine adiectione mentio fit, sem-  
per domesticum, hoc est album intelli-  
gendum est.

Piper arbusculæ in India nascentis fru-  
etus est: quæ inter initia vt ait Diosc. præ-  
longum fructum veluti siliquam, quod pi-  
per longu vocamus, profert; habet intus  
aliquid tenui milio simile, quod dehisce-  
tibus siliquis racemorum in modu pro-  
dit. Eorum grana acerbæ cædidiū piper  
vocatur: matura verò, piper nigrum. Qui  
verò in Indiam nauigarunt. piperisque  
plantam viderunt, piper in planta bryo-  
niæ simili nasci asserunt, diuersisque ex  
plantis longum & rotundu colligi. Nihil  
tamen interest. Nigrū eligi debet recens.

grauissi

grauissimum, plenum. Cānidū p̄fētūr, nōa rugosum, candidū, & grane. Lōgum optimū, quod dum frangitū, solidū intus conspicitur & compactum, gustu acerimo linguām q; mordens. Adulteratur lōgū herba similis: sed fucus deprehēditur, si in aquā immittatur; nam adulteri nū liquescit, legitimū verò solidū manet.

Pix ē lignis pinguibus & resinosis fluit, p̄fērtim ē pino. Quibusdam tamen in locis, propter pīai penuriam, ex pīea, cēdro, terebintho, cāterisq; similibus congregatur eo quē infīa dicemus modo. Pix naualis vulgo vocatur, ēstque duorū generum. Liquida & sicca. Liquida duorum item est generū. Vna quā primū effluit, aquā per quam similis, qua in Syria vtuntur in condiendis corporibus, & ceditiam appellant, quōd ex cēdro fiat: nam pinos non habent. Altera, secūdus est qui effluit liquor, qui vasculis collectus densatur a cēto, sicq; coactus, pix brutia appellatur; in hoc solūm à priori differens, quōd concreta sit, colore fusco, & pinguior, hac picabantur v̄tres vinarij. Pix arida, fit ē liquida iterum cocta, huius sunt itidem duo genera: vnum quod visci modo lentescit, alterum siccum & friabile. Præter hēc, aliud quoddam genus reperitur,

ritur, quod pisselæon appellant: exprimitur ex lana qua excepti sunt vaporess elati sursum quamdiu pix coquitur. Præfertur quod ex picc brutia fit. Aliud picis genus zopissam vocabant ex derasa navibus resina & cera conflatā. Omnes hæ picis differētiae reperiuntur. Liquida præfertur splēdens, leuis, syncera. Sicca probatur pura, pinguis, odorata, subrufa, & resinosa. Improbatur adusta, fumum redolens, & acida. Probatur verò ea cuius fragmenta splendent, quæ dentibus presa lentescit, & gustu est suavi.

Pix græca pini alteriusue arboris resina est, aqua cocta, donec perditio natuuo odore, friabilis & arida reddatur: hæc colophonia vocatur, quod è Colophone adueheretur. Per colophoniā igitur semper pix græca itnelligenda est, non quod resina incocta nō euam colophonia vocetur, sed quod in Medico vsu huiusmodi resinis nō utimur nisi coctis, aut raro admodum, præsertim cum liquidæ sunt.

Propolis in alueariorum foribus & rimis, cerasæ naturæ reperitur, eligi debet flava, odorata, styracem referens, mollis, & mastiches more ductilis.

Pulmones animalium recentes & seci usurpatur. Sumantur ex animalibus pinguisibus

guibus & robustis. Siccantur exēpta aspe-  
ra arteria in vase figulino imposita cliba-  
no, & refrigerati, foliisq; absinthij siccii in-  
voluti reponuntur, vt de iecore dictū est.

R E S I N A liquor est ex pinu, picea, ab  
iēte, aliisq; similibus spōte profluēs. Eius  
duplex est differentia. Vna liquida, veluti  
terebinthina ex terebintho, larigna ē la-  
rice, quę vulgaris Italij est terebinthina:  
nam eius quę ē terebintho profluit co-  
piam non habemus. Altera arida, vt quę  
ex pinu exit & ē fructu arborum resinifer-  
arum, thuri similis. Ex liquidis terebin-  
thina resinas omnes antecedit, candida,  
perlucida, vitreo colore & in cāruleū ver-  
gente, odorata, terebinthum olens. In hu-  
iis locū successit, vt dictū est. larigna, quę  
mellis colore & odore esse debet. Ex ari-  
darum genere eligi debet odoratissima,  
translucens, non retorrida, neq; nimium  
humida, friabilis, & quandam ceræ colo-  
rem præbens. Improbatur rubra, & deal-  
bata. Ex his resinæ ē picea & abiete cāte-  
ras antecedunt, & thus odore imitantur.  
Omnes hæ resinæ vno nomine pīx græca  
vocantur, de qua superiùs.

Rha barbarum radix est inæqualiter  
erassa, non admodū longa, rheo pontico  
perquā similis colore & substantiā. Eius-  
tres

tres sunt differentiae. Vnū Indicum, omnium præstatiſſimum: Alterū Barbarum, ſecondum locum obtinens: Tertiū Turcicum omnium ignauſſimum. Laudatur ſubnigrum in rubrum inclinans, recens, graue pro raritate ſua, confractū, ex rufo & glauco alternās, & croci modō tingēs. Adulteratur, ſi aliquot diebus in aqua maceratur, ut facultas eximatur; fucus vero depræhenditur ſi in confracto ea varietas, quæ ſuprà dicta eſt, non conſpicitur, nec croci modō tingit, ſed leuius eſt, & magis adſtrigit.

Rha ponticum, quod vulgo rheumponicum dicitur, radix eſt nigra, cētaurio magno ſimilis, ſed minor & rufior, ſine dolore, fungoſa, leuis; quæ trita, manducatāq; colorem reddit pallidum, ad crocem inclinantem à rhabarbaro diſtaxat (vt non nulli putant) ſolo loco in quo naſcitur diſferens: nam rheum barbarū ex regione Meridionali aduehitur, rheum vero ponticum ex Septentrionali. Adhac rheum ponticum radice conſtat longa & tenui, rhabarbarū autem crassa & breui. Aliorū pratelea opinio eſt, eā plantā quæ hodie in hortis ſeritur rumici ſimilis, quæ que rhabarbarū existimata eſt, verū eſſe rhaponticum; ſeſeq; expertos afferunt eadēm

easdem quas rhabarbarū habere facultates, si detur dupla quantitate. Adfertur ad nos verum rhabonticū, non est autem ea quā suprà centauriū maius esse diximus. Optimum habetur quod teredines non sensit, quod gustatu cum remissa adstringatione lentescat. Adulteratur decoctione: dñoscitur verò quod partes externæ non sint dense & compactæ, verùm rara substantia, & gustu nihil, aut minimum adstringens.

Ribes rubescētibus fruticat ramis, ad viride inclinantibus, teneris, sapore cum aliquantula aciditate dulci: solitis rotundis, latis & magnis: acinis gustu acidis. Ribes quo hodie vntuntur, tametsi omnes iā dictæ notæ illi quadrare nō videātur; id tamen verò substitui posse existimamus.

Rubrica, sinopis Dioscoridi dicta, q̄ in Sinope v̄be v̄deretur, terra rubra est. Hodie ad nos ex plerisq; aliis locis aduenit sub boli armeni nomine, cuius supra in bolo meminimus. Maximè probatur ex Dioscoridis sententia, gravis, densa, ad iecinoris imaginem vergens, calculorum expers. concolor, cùm dissoluitur admodum fusilis. Bolum autem intelligimus nostratem.

Rubrica, qua hodie fabri vntuntur, aliud rubricas

rubricæ genus est, sítque ex ochra cocta.

S A L, natiuus est & factitius. Natiuus vel in terra, vel ad mare ex aqua marina, vel in lacubus, vel in fluminibus , aut in fontibus. Natiui (quāuis variæ sint differētiæ, diuersisq; locis reperiantur ) in vñsum tamen medicū tres recepti sunt, videlicet sal ammoniacus , vulgo armeniacus dictus, sal gemmæ, & sal Indus. Ex his verò salem gemmæ dūtaxat habemus , candidum, translucentē crystalli modo, éstque sal fossilis. Sal armeniacus hodie dictus, non est natiuus, sed factitius

Ex eorum genere qui sponte in aquis generantur multæ sunt differentiæ. Qui in mari nascitur, & in scopulis reperitur ex spuma maris conflatus, spuma salis appellatur. Qui in Iudeæ lacu gignitur, in quo & asphaltus nascitur, sodomeus vocatur, ab Arabibus sal naphthicus , amarus est. Hoc caremus , quemadmodum & reliquis natuvis in lacubus aut fluminibus repertis.

Factitiorum varia sunt genera , secūdum materiam ex qua fiunt differentia. Nam alij ex aquis salis generantur, veluti marinus, & qui ex fontibus fiunt, vt sal communis : Alij ex cineribus, aliaue materia, quemadmodū sal alcali , qui fit ex herba cali,

cali, ex qua etiam soda appellata conficitur; & vulgaris armeniacus qui in Alexandria sit in balneis.

Cæterum hodie pro efficacissimo in medicina sale geminæ vtimur, qui fossilis est ut diximus, & in Germania aliisq; locis eruitur. Præfertur deinde marinus. omniū infirmissimus est vulgaris.

Saccharum candi tametsi Avicenna inter dum salem Indum appelleat, inter sales tam referendus non videtur.

Is præterea quē Dioscorides salis florem, aut rectius maris florē nominat, sali multum dissimilis est, nihil enim aliud est quam pinguedo quadam crecei coloris mari, Nylo & aliis lacubus innatans: eo tamen hodie etiam carceramus.

Qui propriè flos salis dicitur, in salis fodinis repertitur, & in ipsis etiam salignis velut pollen quidam crassorem salem ambiens: tenuiorum multo est partium quam sal, colore candissimo, interdum cineseo, qui inferior est.

Sandaracha lapis est in metallicis venis, plerunq; cū auripigmēto nascens, rufa est, cinnabaris colore, non nihil ad luteum vergens, quæ cūm viritur, fumū exhalat pallidum, sulphurisq; virus redoler, tametsi non consumatur. Facile hodie legi

H

E

tima

timi haberi potest: factitia tamē netiam  
fieri potest, & auripigmentum coquatur;  
donec cinnabaris colorē cōtrahat, potest  
que verē sandarachā loco substitui. Sed  
animadversendum est sandarachā voca-  
bulo apud Arabes vernicem intelligi, quē  
nihil aliud est quam gommi iuniperi, non  
autem predictum lapidem. Itaque ēuram  
adhibeant Medici ne altera alterius loco  
indifferenter vñantur.

Sanguis, cuius in medicina usus ex multis  
atimallibus colligitur dum adhuc atā  
te florenti sunt. Sanguis Hiricus in hunc  
modum paratur. Maturescente vua Hir-  
icus quadrimus, bene habitus, ingulatur,  
mediusq; effluēs sanguis sc̄tili bene cocto  
excipitur; (nam primus renuntiū postre-  
mus crassior putatur) deinde coctus in a-  
qua donec concrescat, atundine fissa seca-  
tur oblique & transuersim, vt quod in eo  
aqueum est effluat, deinde linteo raro re-  
ctus soli exponitur atque ita sicatur, bu-  
randū interea ne pluviis aspergatur: dein  
detritus vase vitreo, aut sc̄tili vitrato be-  
ne obturato reponitur. Alij Hirū, diebus  
canicularibus, herbis ealculum frangenti  
bus nutriunt & vino albo odrato, donec  
vrina nigrescat, deinde iugulant, & in eū  
quem suprà diximus modum praparant.

Hoc

Hoc præparationis genus et si idutile non videatur, necessarium tamen non est, cum apud Græcos sanguinis Hirci non eo modo nutriti, etiam usus fuerit: sed medicamenta calculum frangentia admiscebantur.

Sanguis Draconis, q[uod] magno in usu est, cinnabaris Dioscoridis esse creditur; an vero metallicum quiddam sit, an aliud simile, nihil certi ex veteribus elicere possumus. Plerique recentiorum gummi esse arbitrantut, ex arbore sui generis stillas, ut terebinthina nostra vulgaris ex larice: colore est intet rubro ut sanguis videatur, transparēs, friabilis; vulgo sanguinis draconis lachryma vocatur, ad eius differentiā qui pro sanguine draconis venditur, adulterinūsq[ue] est, eāmq[ue] ob causam reficiēdus. Sunt qui sanguinem draconis, achilleæ syderitidis succum defecatū siccatum que esse putēt, cuius rei nullam habemus certitudinem: posset tamen sanguini draconis substitui, cum sit proximatum ei factum.

Sarcocolla lachryma est arboris in Perside nascentis, pollini thuris similis, colore candido aut rufo, gustu amaro: Præfertur rufa, gustu amatissima. Adulteratur gummi; sed gustu depræhenditur,

E 2 adult

adulterina enim amara non est.

Satyrum nomine apud Arabes omnibus orchios generibus commune est, eaque distinguunt in testiculos canis & testiculos vulpis: per vulpinos intelligentes, quae proprietas a Græcis satyria vocatur, radice bulbosa, mali magnitudine, foris fulua, intus candida. Hodie testiculi canini pro vulpis, Dioscoridisque satyrio sunt in usu: nam vero satyrio carere videmur: aut si habemus, nondum tamen dignosci possunt inter tam multas testiculorum differentias, cum omnes, si cum descriptione conferatur testiculi canis videantur: eis pro vero satyriovti nos posse arbitramur. Hodie noti sunt. Radix superior, quae maior & plenior est, Venerem stimulare: inferior vero, quae mollior ac rugosior est, inhibere creditur.

Scammoniū stillatius liquor est planata Græcis scammoniae dicta. Laudatur nitidum, rarum, leue, colore quam simili mūtaurino glutini, fungosum, tenuibus fistulis. Addunt nonnulli, ut linguæ tactu albescat: sed ut ait Dioscorides huic notæ fidendum non est, hoc enim evenit adulterato, quod admisto sit tithe mali late: hæc autem nota longè certior est, nepe, si gustatu linguam non vrit, quem admodum

modum tithymalum. Adulteratur tithymali lacte & farina orobi, sed ex notis prædictis dignoscitur.

**S**cordium planta chamædry similis, hodie cognita, Huius in medicina usus esse debet, non allij sylvestris.

**S**coria, Latinis recrémétum appellata, differt à squammina. Scoria autem illud est quod à vena metallica dum coquitur excidit, quodque ubi metallum in catinum defluxit, ab eo detrahitur. Scoria itaq; veluti metalli spuma est, rametsi etiam ab eo derrahatur in secunda coctura, cum vi delicit argentum ab ære aliisve metallis separatur. Prima scoria grauissima est, qd aliquid adhuc metalli admisti habet, ideo secundò & tertìo recoquitur, donec totū metallum exemptū sit, & scoria quæ subsedit leuissima est, & veluti spōgia. Eximetur scoria ex venis auri, argenti, æris, plumbi, candidi & nigri: Ex argenti verò viui, plumbique tertij generis, quod cinereo colore est, vena non detrahitur scoria: nam ex his prius effluit metallum, quam vena adeo cocta sit ut scoria fieri possit. Omnis scoria nitida esse debet nigroq; colore, ea excepta, quæ sit ubi argentum ab ære separatur (hec enim vario colore esse solet) & scoria plumbi nigri

E 3 quæ

quæ ad luteum colorem accedit, & tenuis est, plerumq; vitri luteo colore tincti splendorem imitatur: tametsi etiam reperiatur plumbo nigro supernatans, quæ colore argenteo spectatur.

Scoria plumbæ ea optimæ est teste Dioscoride, quæ ad luteū colorem accedit, & vitri splendorem imitatur, densa, fractu contumax, nihil plumbosum habens cerus-sam representans. Diligens pharmaco-poës scorias requirere debet ex officinis metallicis vbi metallica excoquuntur.

Serapinum, quod Græcis sagapenū nuncupatur, ferulacea herba succus est. Optimum est translucens, fulvo forinsecus colore, & intus albo, nescio quid inter laſer & galbanum redolens, gustu acris. His addit. Mesue ut sit spissum, & leue, odore porri, facile in aqua resolubile, quia quod has horas nō habet, adulteratū aliis gummis censemur. Præstantius est quod ex Oriente aduehitur, quam quod aliunde.

Spica Celtica exigua plāta est folia habens oblonga in extremo lata, florem luteum; ad radices multa exigua habet adnata spicis minutis similia: hæc cum radiculis, abiectis, in vsu sunt & valde odorata. Adulterantur imposita herba simili sed facilis cognitio, nam folia adnataque

pop.

breu

breviora habet; candidior est, neque amara, neque odorata; utilitera celtica spica est. Laudatum maxime recentis, quicundam odoris; radice numerosa cohærens, non fragilis, & plena; resoluta & minima; sup-  
-lo Spica nardi teste Galeno radix est, non spica. Nota est. Eligitur syriaca dicta; cuius istae sunt notæ, ut sit brevis spica, largam gerens comam, colore flava, odorata, aliquando nubilare, rediens cyperum; amara, sapore, lingua, sicca, siccante, siccata in sua odoris gratia permaneat. Ad dulcioratim stabit cum aqua aut palmeo, vino, ponderis causa inspiratio. Sed ex præcedentibus notis distinguuntur. Madefacta etiam vendi solet: quod vitium ex eo deprehenditur, quod candida sit spica; squalida; nullaque puluere iobifera; hoc in aliis speciebus non est. Spodium in æris fornacibus induenitur, ubi & pompholyx, quæ Arabum thura est. Funt ex fauillis è metallo, dum coquendis, emicantibiles, & specie differunt. Nam spodium sit è partibus crassioribus, & in ararianum officiabarum pavimentis repositorum, ideo multum terre colligit, & sporticita referatur. Pompholyx fure tensissima fauilla quæ in alio non eniret, & recte fornicique adhærens aquarum bullis simile prodit, quæ per plumas inter versus.

E 4 initia

initia erupunt, colore albo, quæ in tenuissimum polliniq; similē puluerem dissoluuntur. Similes habent facultates, sed pompholyx tenuiorū est partiū. Hodie vtrunque cognitum & facile ex Italia & Germania, vbi sunt ærariæ officinæ, haberi possit: sed his substitui possunt Dioscoridis antispodia, aut officinarum thutia ut in succedaneis dicimus.

Spodium Auicennæ fit ex arundinis radicibus, eiūsq; vsus est in ab Auicenna præcriptis medicamentis, nam antispodij genus est. Illud verò quod ex boū similiisque animalium cruribus confectum officinæ usurpat, præstat, reiicere, eiūsq; loco, aut Auicennæ aut Dioscoridis aliquo antispodij genere vti in his præsertim quæ intrōsumenda sunt medicamētis: in his verò quæ foris adhibentur, aut vero spodio, aut pompholyge, aut thutia officinarum præparata.

Squamma est quæ malleorum ictibus de metallis, dū adhuc carent, excutitur: verum enim uero ex ære duntaxat & ferro decutitur squamma.

Aeris squamma eligenda est rufa eris modo, crassa, aceti respersu æuginē contractens, veluti ea est quæ ex ære rufo decutitur, & olim ex ære Cyprio. Improbatur

tenui-

tenuis, inualida, candida aut nigra.  
Stomoma ferri squama est ex ferro de-  
cidens dum aqua extinguitur ad eius in-  
durationem aliame ob causam. Vtraque  
in fabrorum officinis reperitur.

Squinanthū, seu schœnu anthos, id est  
iunci odorati flos, omnibus notum est. E-  
ligendum rufum, intento colore, recens,  
tenue, rubeuntibus fragmentis, quod  
manibus confricatum rosæ odorem emit-  
tit, igneę mordacitatis ad linguam. Olim  
planta ipsa cum floribus aduehebatur, vñ  
de schœnu anthos nomen sumpsit; ideó-  
que eligebatur floribus refertum. Hodie  
tamen ad nos culmi duntaxat & radix ad  
feruntur. Itaque cura adhibenda est, ne  
alij culmi his admisceantur, quod ex iam  
dictis notis depræhendi potest.

Storax hodie duorum est generum. V-  
num storax calamita appellatur, Græcis  
simpliciter styrax. Alterum storax liqui-  
dus qui myrræ stacte, quæ pinguissima  
myrræ pars est, plerisq; esse creditur; hoc  
tamen falsum esse depræhedi ut in eo qui  
in officinis est. Styrax calamita gumi est  
arboris malo cotoneæ similis. Præfertur  
flavus, crassus, resinosis, albicatibus gru-  
mis, quam plurimum in sua odoris gratia  
permanens, qui, dum mollitur, melleum

liquore reddit. Deterior niger, friabilis,  
& fuscus. Adulteratum ligni ipsius & sco-  
be, melle, cera, adipe odoribus imbuto, &  
quibusdam aliis. Dignoscitur quod adul-  
teratus inualido sit odore; syncerus vero  
admodum acer sit. Qui hodie officinis in  
vsi est, aliqua ex parte Diocoridis descri-  
ptioni conuenit, eoque vendendum arbitra-  
mur, donec melior proponatur.

TAMARINDI fructus sunt arboris,  
ut volunt nonnulli, ex palmarum genere.  
Eius folia ad hyperici folia multum acce-  
dere conspecta sunt, etiam si à quibusdam  
salicis folia illi tribuantur. Fructus, cuius  
hodie vesus, notus est. Probantur colore è  
nigro in rufum languescente, teneri, mul-  
tis villis intertexti, recentes, pinguis, no-  
retorridi, ex dulcibus acidi, & vinoso sapo-  
re. Adulterantur prunorum carne; sed in  
his nigredo est obscura, humetiores sunt,  
& prunorum odor & sapor illis inest. Ser-  
uantur in fictile viteratum coacti, loco fri-  
gido & secco.

Terra sigillata officinarū terra Lemnia  
Diosc. & Galeni esse debebat. Hoc tēpore  
duo terrarum genera Constantinopoli ad-  
seruntur; una rubescens, in placentulas  
quasdam exiguae formata characteribus  
Turcicis signata; altera ex cinerario colo-

re candicans, maioribus formata placeatulsi, characteribus item signata Turcicis. Magno in pretio sunt apud Turcos, maximēq; commendatur aduersus venenā, neq; facile earum copia haberī potest. Quæ Constantinopolim adferuntur, non ē Lemno, sed aliis ex locis multōque longius dissitis aduehūntur, itaque arbitrandū non est yllām ex iam dictis, terram Lemniam esse. Rufa, quibusdam ē Lemno aduehi, verāq; terra Lemnia esse creditur. Pleriq; bolum armeniam Orientalem veram esse terram Lemniam crediderunt. Sed nihil certi statuere possumus: magis tamen illi quadrare videntur terræ Lemniæ notæ, quam duabus predictis. Reperta est etiam in Melita, terræ quoddam genus candidum, leue, quod à circunforaneis impostoribus venditur aduersus venena efficax. Itaq; terræ Lemniæ loco commodè, aut bolus armenia ex Oriente petita, aut predictarum aliqua sumi potest, tametsi Turcicæ aduersus viperæ morsus non admodum efficaces sint, multōque minus quæ ex Melita adfertur. Verum si bolus armenia aduersus viperæ morsus eam haberet vim quā terræ Lemniæ tribuūt, terra Lemnia legitima sine cōtrouersia esset, aut saltem illi  
secundū  
dixitab.

securè substitui posset; & facile esset experimētum quemadmodum de Turcicis terris in canibus à vipera demorsis periculum fecimus, nam quibus allium cum viño datum est, hi liberati sunt; quibus vero terræ suprà recitatæ, hi mortui sunt, aut magna cum difficultate liberati.

Terræ sigillatæ officinarum, cùm ne vna quidē nota Lemniæ quadret, nullus vſus esse potest, niſi in iis duntaxat medicamētis quæ foris adhibentur: hæc enim nihil præter manifestarum qualitatum operationem desiderant.

Thlaspi, herbula est Dioscoridi angustiis foliis, digitali longitudine, in terram versis, subpinguis, in cacumine diuīsis: duūm dodrantum cauliculo, tenui, nō sine adnascētibus ramis circa quos, folliculos quosdā in latius se pandentes, & compressos instar lenti, supremāq; parte fissos profert in quibus continentur semē nasturtio simile: flos albicat. Hodie cognitū est, & quamuis in Hetruria rarum sit, facile tamen aliunde aduehi potest. Dioscorides aliud thlaspi genus ex Crateua describit, latioribus foliis, radicibus maiori-bus. Hoc frequentius est, possitque prioris loco usurpari.

Thuris cortex, qui ex arbore thurifera detrah

detrahitur, præfertur pinguis, odoratus,  
recens, leuis, crassus, sine membranis.  
Adulteratur admisto pini aut nucis eius  
cortice: sed horū index ignis est: siquidem  
thuris cortex legitimus paulatim ardet,  
& cū odoris fragrātia vaporē eiaculatur:  
adulteratus verò nequaquā incēditur, sed  
totus in fumum sine odore consumitur.

Thymum apud nos non crescit. Planta  
quædā peregrina adfertur foliis exiguis,  
odoratis, flore purpurascente, quæ proximè  
ad thymum accedit: Eius verò cum in  
Hetruria copia nō sit, vtemur succedaneo.

Trifolium, quod Græci oxytriphylon,  
aut asphaltion appellant quod bitumen  
redoleat, multas habet virgas tenues, cu-  
bitum aut amplius longas: folia magna,  
acuminata, terna singulis germinationi-  
bus exeuntia, quibus recenter enatis rutæ  
odor inest, vbi autē adoleuerunt, bitumen  
olent: florē edit purpureum, semen la-  
tum, hirsutum, ex altera extremitate exer-  
tum corniculi modo: radix longa, tenuis,  
dura. Copiosè nascitur circa Elbam & Pe-  
tram sanctam Hetruriæ: Huius usus esse  
debet non trifoli pratenis, quod à vero  
trifolio maximè differt à Græcis de-  
scripto.

Turbith plantæ cuiusdam lacte manan-  
tis

tis radix est. Hęc cādida est, & alypi tādix  
 Dioſc. esse crēditur; aut nigrā, luteā vē, quā  
 pityusam pleriq; esse arbitrātur. Verūm,  
 vt cung; sit. præfertur hodie candida, quæ  
 ex Syria adfertur, verūmq; turbith albū  
 esse crēditur, aut ei substitui posse. Præfer-  
 tur vacuum vt arundo, gummosum, cor-  
 tice cineritio, plano, fractu facilis. Adalte-  
 ratur, inducto foris gummi dissoluto: sed  
 fractum fraudem detegit, nam nullum  
 gummi in fragmentis apparet.

Thutia officiū harum, veterū cadmia est.  
 Gignitur in fornacibus ærariis fuligine  
 atatu egesta, veluti spodium, & pompho-  
 lyx, quę vera est Arabum thutia. Cadmia  
 ex crassiore fit materia; quæ aut in subli-  
 me fertur, altioribꝫsq; fornacum locis in-  
 sidet, vuarum modo concreta, botryitesq;  
 appellatur; aut ferreis virgis adhæret in  
 hunc finem fornacibus applicatis: aut pa-  
 riētibus fornacū insidet, hæc placites nun-  
 cupatur. Hōdie maiorem eius copiam ha-  
 bemus, quæ ferreis virgis adhæret, quām  
 aliarum duarum, tametsi plurima adulte-  
 rata reperiatur ex lapide quodam trito, &  
 cum aqua alioye liquore, & sulphure in lu-  
 ti modum coacto virgisq; inducto deinde  
 cocto. Dignoscitur colore qui non est ita  
 fuliginosus neq; ad cœruleum vergens ut  
 in

in vera:rum ipfis granulis aut corpusculis, quæ veluti in vera simul cohædere nō conspiciuntur: deniq; ipso pondere, nam vera & legitima multò grauior est adulterata.

Reperitur etiam aliud cadmia genū lapidis similitudine in ærariis fodinis teste Galeno, tametsi Diosc. neget; imò hodie adhuc reperitur, hisque usq; est, qui auricalchum conficiunt. Melior est botryitis, quam raro nostro hœc seculo videre contingit; aut quæ Alexandrina nuncupatur, hæc ea est quæ circum virgas aut rudes ferreas insidet, & modo iam dicto ab adulterata dignoscitur.

**V**IALE RIANA, quæ secundum quosdam Dioscor. phu appellatur, hodie nota est. Eius duo genera reperiuntur. vna domestica & maior in hortis seritur: altera sylvestris & minor in agris sponte nascitur. Maioris radix satis ad phu accedere creditur, hisque loco substitui posse. In succedaneis alta simplicia enumerabimus, quæ ex Galeni sententia phu substitui possunt.

**V**itriolum, quod Græcis calcanthum, Latinis atramentum sutorium appellatur, duplex est: Factitium & Natiuum. Natiuum in terræ venis, aut saxonū commissu

missuris concretum reperitur: aut dum ex iis guttatum distillat, partim ex iis stiarum instar dependet, partim in canarium fundum decidit.

Hodie aliud item genus in terræ superficie concretum reperitur, quod vulgo copperosa vocatur.

Factitium etiam duplex est. Vnum quod in Cypro peculiariter fiebat ex aqua quadam manante ex soryos, chalcididis, & misyos fodinis, atque in piscinas quadratas effusa, ibi sponte concrecebat. Alterum sit decocta aqua in qua maduerit terra quedam atramentosa, ut hodie moris est in multis locis.

Natiuum factitio præstantius est: ideo in eorum numerum copperosa Cypria referri potest, cum sit aliorum penuria.

E' factitij generibus, Cyprium excellebat: cum verò desit, vitriolum

Romanum aut Siculum usurpari potest, velut i p ræstantissimum inter factiorum genera.

DE



# DE MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM PRÆPARATIONE.

## SECTIO SECUNDA.

### *De Purgatione.*

**M**EDICAMENTA simplicia purgare nihil aliud est, quam quicquid medicamentis inutile inest abiicere, seu pars medicamentorum sint, seu illis permistæ sordes; veluti repurgantur aut eluuntur radices fructus, semina, & cætera similia, quando terra aut alia re commaculata sunt, ut in omnibus rebus sit vulgo: aut veluti gummi & resinæ, quibus plerunque aut terra admista est, aut lignum, aliæve res inutilles: hæc enim liquantur & colâtur, deinde purior pars in usum venit medicum. Medicamenta etiam ab inutilioribus partibus repurgantur, veluti radices tum recentes, tum siccæ, membrana illa exteriore, quæ terram contingit, cultello abrâsa: repurgantur etiam exempta medulla interiore, quæ in multis inutilis est, veluti in cucumere agresti, dauco, pastinaca, apio, multisque aliis huiusmodi, per me-

F dium

dium sectis, corticéque à matrice separato. Siccæ macerantur, deinde mediæ se-  
cantur, eximunturque pars interior ut in  
recentibus.

Floribus eximuntur pediculi, culices,  
foliāq; sola referuantur, quemadmodum  
violæ purpureæ, leuceij lutei : in quibus-  
dam etiam foliorum pars aliqua demi-  
tur: veluti in rosis ea pars qua calyci inhæ-  
ret, vngnis appellata; vt si quando in com-  
positionibus reperire est, vngue detracto,  
intelligendum est eam particulam abla-  
tam esse debere.

Fructus à cortice repurgātur exteriore,  
& à semine suo, & ab interiori parte illa li-  
gnosa si sint recentes, densi, multæ carnis,  
& cortice tenero, veluti cydonia, mala,  
persica, hæc enim cultello depellata secā-  
tur, interiorēq; parte lignosa, qua semina  
continentur, repurgantur. Si verò fructus  
sint exigni, veluti cerasa, pruna, similiāq;  
cribro transmittuntur, & sola pulpa, quæ  
utilis est, seruatur. Illi ipsi fructus, si siccī  
sint, macerantur & coquuntur, deinde cri-  
bro cernuntur, veluti vix passæ, pruna,  
tamar Indi, dactyli, & similes.

Fructus duro cortice prædicti, vt amygdalæ,  
strobili, nuces, pistacia primùm con-  
fracto putamine eximuntur: postea aqua  
frigi

frigida aliquandiu macerantur, tum effer-  
uent; aut faragine ignis siccantur, donec  
corticem interiorē remittant, & mani-  
bus confricantur, aut sacculo aspero im-  
missi agitantur, donec depellentur.

■ Semina cortice denso vestita, sicuti fa-  
bat pisa, cicer, purgantur leviter tunde-  
do donec confringantur, deinde anno in-  
aërem coniecta cortices euolant.

Alia sunt semina, quorum admodum  
operosa est decorticatio, propter corticē  
illis nimium inhaerentem, veluti cnici, &  
hordei quae modo supra dicto siccantur,  
fricanturq; sed ea ex corticandi ratio semi-  
na corruptit. Præstat igitur ea semina  
macerare hordeum præsertim, deinde in  
mortario magno & ampio concutere pi-  
stillo ligneo, & leviter agitare ut quodā  
fundatōe supermatet, separatur enim pau-  
latim cortex verū si non amplius su-  
pernatur, sed cogitur in unum, tum vase  
aut anno exceptum sursum consicitur  
vel vento palea separantur: deinde iterunt  
atque sapientidem faciendum est, donec  
multū tristis post remo aut sole, aus igni  
insartagine persiccatum seruatq; iu-  
ris sanc. Graecorum usum. Eadem est chici  
debet ita adi ratio, sed operosa sit atq; pla-  
cuit quibusda ut semine cum cortice tritu-

aberrans

F 2 in

in aquam aliūmve humorem immittatur, & per linteum tatum coletur, nam cortice relicto sola pulpa cum humore transit.

Peponum & cucumerum semina eodem modo purgantur, præsertim si non sit otium singula sigillatim decorticandi: nam operosum id est, & ea quæ ante alia repurgata sunt facile inueterascunt & inutilia redduntur.

Adipes liquati colando à membranis repurgantur aut cultello. Eiusmodi sunt purgationum differentiæ quas pharmacoepium scire necesse est. Sunt præterea & alia, sed illæ ad eos qui metallica & chymistica tractant magis spectare videtur.

#### *De siccatione.*

S V P R A dictum est qua ratione siccantur medicamenta simplicia recens collecta, veluti herbae, flores, fructus, radices ut melius conseruari possint. Nunc superest ut de ea parte agamus, quæ de medicamentorum præparatiōne reliqua est. Plerunque ergo necesse est ut magis siccantur medicamenta, quam si simplicitet seruanda essent, veluti si terenda sunt. Siccantur autem aut Sole, aut igni, aut fumo, aut vento Septentrionali pro Medicorum arbitrio.

*Siccan*

Siccantur amygdalæ, strobili, pistacia,  
aliq; fructus, ut facilius illis inhæreat sac-  
charum quo inducuntur, ne, dum adhuc  
humida sunt, saccharum suā candoris gra-  
tiam desperdat: tum etiam ut facilius à se-  
cundo illo cortice seu pellicula liberetur.  
*sigilij v. ann. De Salitura. in mch. obit.*

Salitura ad medicamentorum præpara-  
tionem confert, & condituræ genus est.  
Quemadmodum carnes viperinæ tanto  
sale insperguntur quantum ciborum con-  
ditura postulat. Confert item ut medica-  
mentis qualitate aliqua imbuas: veluti fit  
hystricibus, echinis terrestribus, mul-  
tisque aliis animalibus, quæ in usum me-  
dicum videntur: sed his multo sale opus  
est, ita ut sale operiantur & repleantur.  
Utile præterea est ad medicamentorum  
conseruationem; veluti sunt animalium  
partes, & pleraq; animalia, quæ multo sale  
indigent. Cæterum sale condiuntur, ut in  
siccitate conseruentur, & postquam con-  
uenienti temporis spatio sale opera-  
frent, eximantur, ventoque aut fumo expo-  
nuntur, donec siccata sint. Aut sale con-  
diuntur, ut humida permaneant, & ea pri-  
mum in muriam immittuntur; aut in illa  
ipsa muria relinquentur quæ ex sale ani-  
maliumque humiditate generatur.

F 3 De

*De humentatione.*  
Vallis est hunc humectatio, ad con-  
tiendos fructus, radices, peregrinosque  
cortices odoratos, quos cum recentes ha-  
bere non possimus, maceramus donec hu-  
miditatem contraxecint,

Hordeum præterea & cnicus, ut suprà  
dictum est, aqua insperguntur, ut à corti-  
ce repurgentur.

Humectantur autem odorata noxialis,  
la velutia ambra, moschus, si terenda sint,  
ne tenuiores & odoratæ partes exhalent.

Quædam vero herbae veluti cotyledon,  
portulaca, semperiuum, & similes, quæ  
paucum succum cumq; glutinosum sorti-  
tæ sunt, humore aliquo humili humectan-  
tur, terendo, & super inspergendo dictum  
humorem, qui cum dictatum herbarum  
succo (aliâ enim nullum remitterent)  
exprimendo redditur: in hanc autem rem  
variorum humorum est ysus, secundum  
Medicorum præscriptionem.

*De Nutritione.*  
NUTRITIO humectationi similis  
est, sed in hoc differt, quod cum pauciore  
humore & subito fiat, quoniam id quod  
irrigatum est confestim Sole siccatur, aut  
igni, dei ad idem quinto aut sexto re-  
petitur, quemadmodum sarcocolla lacte

Afinæ

Asinæ aut muliebri nutritur, & semen cari, myrobalanique emblici, tato lacte inspersi quantu imbibere posunt, siccatur.

Cuminum insperso aceto nutritur, & eadem ratione resiccatur.

*De Infusione.*

IN infusionibus, quæ ad medicamentorum præparationem conferunt, humor in quo sit infusio, consideratus est; & eius temperamentum, calidusne sit an frigidus; & quantitas; & tempus quo in infusione permanebit.

Infunduntur fructus & radices, quæ humectantur sunt ad conditaram, & conservas, in aquam calidam copiosam, donec humorem ad sufficientiam imbibent, deinde coquuntur.

Sic quæ nutrienda sunt paucō humore calido frigidoue maceranda sunt, id que non diu.

Quæ coquenda sunt, præsertim ea quæ siccata sunt, veluti flores, herbae, radices, semina & fructus (nam facilius ita coquuntur) in iusta humoris calidi frigidive quantitate macerantur, pro præscriptionis scopo, & aliquatulo spatio ibi reliquuntur, donec humecta sint: Hinc fit ut facilis erit postea sit coctio. Sic & semina quæ ad

F 4 infus

infundendas mucilaginiæ infunduntur.  
Rosæ & violæ sub vesperā aqua bullita  
macerantur in proximum diem , deinde  
exprimuntur , & in eandem aquam aliæ  
recentes infunduntur , idemq; s̄epius in  
eadem aqua sit, ad mel rosatū colatū , aut  
syrupum rosatum solutium, syrupum ro-  
satum recentem, syrupum violatum sim-  
plicem , & syrupum violatum solutium  
conficiendum.

Ammoniacum, galbanum , opopanax  
& sagapenum aceto infunduntur , vt dis-  
solutione purgari , & commodius misceri  
possint, vt dicemus.

Infunduntur medicamenta purgantia  
in variis humores , & cū variis aliis me-  
dicamentis, quæ malā eorum qualitatem  
corrigant, pro variis Medicorum scopis:  
exempli gratia, rhabarbarū plus vel mi-  
nus tritum paucō vino albo inspergitur,  
donec colorem emittat , deinde in liquo-  
rem à Medico præscriptū infunditur ea  
quantitate vt rhabarbarū tegatur, addita  
spica nardi, aut alia aliqua re præscripta.

Agaricum , cæteraque medicamenta  
purgantia, sola infunduntur , aut aliis qui-  
busdam adiuncta,eodem modo.

*De Dissolutione.*

Dissolutio multorum medica-  
mentorum

mentorum præparationi vtilis est, sicuti  
& infusionem, vt à sordibus expurgentur  
ac commodè aptati possint.

Quod ad præparationem attinet: Medi-  
camenta variis humoribus, variisq; mo-  
dis dissoluuntur pro medicamenti præ-  
scripti scopo, & peculiariter lachrymæ vt  
galbanum, ammoniacū, opopanax, & si-  
miles: nam vino aut aceto dissoluuntur,  
deinde ad focum agitantur vt colatione  
purgari possint, meliusque in medicamē-  
torum compositione premisceri.

Vitriolum, misy, chalcitis, melanteria,  
& alumen, primum trita aqua, vino, & a-  
ceto dissoluuntur, pro rei exigentia.

Metallica quædā æstate dissoluuntur a-  
ceto, & ad Solem multos dies agitantur,  
quemadmodū ærugo, squamma, flos cris.

Lithargyros soluitur aqua, vino, oleo,  
& aceto, facilius tamen aceto, vt in oxe-  
jæo Galeni dicetur.

Conchæ, & vngues dissoluuntur succo  
limonum. Opium Thebaicum soluitur  
aqua, aut liquore, aut oleo, aut adipe: nam  
illorum substantiæ non permiscetur.

Solutio infusioni proxima est, & ab ea  
solum differt, quod in dissolutione minus  
humoris requiritur quam in infusione:  
præterea quod in dissolutione mouendum

F 5      stid

est id quod soluitur, in infusione nequam. Denique multa medicamenta ut dissoluantur igne egent.

*De Liquefactione.*

**L I Q U A T I O** à solutione differt. Nā liquatio perpetuo fit aut ignis calore, aut Solis, rerūm putrefactione calescentiū: Pleraque verò sine calore dissoluuntur. Præterea, quæ soluuntur humore aliquo semper opus habent: quæ vero liquantur nullo egēt humore, veluti adipes, medulæ, olea concreta frigore; hæc siquidem exiguo igne liquantur, aut Sole, aut dupli vase.

Ambra carabe appellata, bitumen Iudaicum, pix, pix græca, cera, gummi, maiore calore opus habent, non tamen tanto ut frigantur.

Plumbum, argentum, aurum, æs, multo maiore calore opus habent: ferrum verò ægerrimè liquatur; tametsi raro aut nunquam contingat pharmacopœos huiusmodi liqueare, sed hos dūtaxat qui metallica tractant.

*De Mollitione.*

**M O L L I T I O** liquefactioni proxima est: nam quæ liquantur medicamenta, eadem mollescent leuitate calefacta, aut igne, aut sole, & pistillo calido subacta, aut manibus

bus calidis tractata, ut sit cum emplastra  
in corio aut aluta extenduntur. he 2, ab  
et pleraq; alia, nec pinguia, nec resinosa,  
sed suapte natura dura & sicca mollescunt  
affuso humore aliquo, ut in catapotiis v-  
su venit & aliis medicamentis. zadum  
Quod in peccatis De Duratione. ab opere bfi

D U R A T I O fit, frigore coalescenti-  
bus iis quæ liquantur, & molliuntur calo-  
re; quædam verò ad mistis, pro rei necessi-  
tate siccioribus durantur. loop, incogni-  
mib; vni 2, De Calfactione. cd, vth, blav

M E D I C A M E N T A igne, sole, & re-  
rum putridarum calore calefiunt. Quæ  
humida sunt, & igne calefiunt: commo-  
dius duplice vase calefcunt, quorum alte-  
rum maius scilicet plenū sit aqua tēpida  
aut feruida, alterum verò plenum sit me-  
dicamēto quod calfaciendū est, ea ratio-  
ne ut minus vas in aqua maioris consti-  
tuatur: idq; à recentioribus balneum ma-  
riæ, à veteribus duplex vas aut diploma  
appellatur; eadem enim omium est signifi-  
catio.

*De Insolatione, & ea que sub simo,*  
*rinaceis, & causa seu fraci-*

*bus oliuarum sit, pu-*

*ansig se, in refractione.*

*L N T E R A D Y M hę cōferūt ad calefaciē*

da

da medicamenta: plerunq; ad ea cōponenda, & ad p̄fessionē reducenda:&c instar coctiōis est. veluti olea simplicia quibus flores infunduntur, rosæ, violæ, chamæmelum & similia aliquot diebus insolantur: sic etiam ad saccharum candi p̄fēcte coquendum, iuleb ampullis quibusdam insolatur.

Scillæ succus, vt dicemus, extrahitur insolatione: quod si Sol non splendeat, igne: aut quod commodius est, dupli vase, diu, & ex interuallis, & interdum bulliendo.

Idem etiam fieri, si fimo, aut vinaceis, aut sausa oliuarum calfactarū obruantur. quemadmodum chalcitis, & eadmia, vt fiat sporicum:& iuleb ad saccharum candum consciendum:& pleraque alia medicamentorum genera.

#### *De Coctione.*

M E D I C A M E N T A simplicia aliquo humore coquuntur aut vapore, hoc genus coctiōis elixatio vocatur: aut cum siccitate, & hoc assatio appellatur; Coctio autem fit ad præparationem, & ad compositionem. De præparatione nunc dicemus.

Quæ in humidis coquuntur, ea gratia id sit, vt ipsa medicamenta sic cotta v̄sui esse

esse possint, aut ut humoris duntaxat in  
quo cocta sunt vsus sit.

Rursus quæ, ut coctis utamur, coquun-  
tetur, plus cocturæ requirūt, quam ea, quo-  
rum decoctione in ylo est. Sunt tamen cer-  
tae quædam notæ, quæ denotant, an huius  
aut illius rei gratia bene coctæ sint: ut her-  
bae, radices, flores & fructus cocta sunt,  
quando ita tenerescunt, ut tundi, & per  
cribū transmitti possint.

Semina quædam, veluti lini, fœnigræ-  
ci, hordei, cocta césentur vbi crepuerint:  
alia quædam veluti anisi, coriandri, & cu-  
mini, quando tenerescunt.

Fructus peregrini & siccii, ut sunt my-  
robalani, cortices, ligna, & radices siccæ,  
multam desiderant cocturam.

Herbe & flores facile coquuntur & ci-  
tò tenerescunt, tametsi inter se se differat,  
prout magis tenuium sunt partium, & il-  
lorū facultas in superficie sita est, ut cha-  
mæmelum, adianthum, serpillum & simi-  
lia, quæ quando yna eijm aliis coquuntur,  
primū immitti debent cum illa prope-  
modum cocta fuerint.

Eadem est ratio radicū tenuium par-  
tium aut odoratatum, ut est asarum, va-  
leriana, spica nardi, & alia aromata, quæ  
sub finem decoctionis iniciuntur, sed post  
reliqua

reliqua medicamenta flores.

Elixationis autem multæ sunt differētia. Primus modus est, ut vasi certa quan-  
dā in p̄scriptam humoris quantitatē cōtinenti infundātur quæ coquēda sunt,  
magis autē minus, pro medicamentorum  
ficcitate aut recentia: deinde vase imposi-  
to igni, primum satis fortem patiētur bal-  
litionem, deinde lētam, ut commodiū ad  
eam quam optamus cocturam reducā-  
tur, neq; medicamenti vires exoluantur.  
Secundus modus est, vt eadem plane rati-  
tione in diplome coquātur. Tertio eli-  
xationis modo vtitur Gal. in fructibus.  
Hos suspendit in vase aqua feruida semi-  
pleno, eōsq; voluit tantisper donec tēqua-  
liter tenerescantur: sic enim fit ut fructus fa-  
cultas non exhaleret, quemadmodum si ca-  
lore siccō coquētur: neque in humorem  
transit, quemadmodum si in aqua co-  
queretur.

Caterūm vasa in quibus coquēda sunt  
medicamenta, sigillata esse possunt vitra-  
ta & macerata, vitrea, ærea, stannata, cu-  
prea; præstantissima sunt vitrea, in dupli-  
ci vase, aut apud ignem, aut in arena, aut  
cineribus, aut in fornace cui sublat signis:  
In his stituēndis e carbonib; aut priu-  
nis, & lignis siccis acaptis.

De

*De Assatione, & Frictione,  
& Vstulatione.*

**A S S A R E**, est medicamenta humore aliquo prædicta, veluti carnes, fructus & radices, sine humore alio externo coquere.

**Frigere**, est illa ipsa medicamenta, aut alia sicca, additis oleis, aut adipib⁹, aut alio aliquo humore pauca quātitate coquere.

**Vstulare**, est medicamenta quædam, tantum humoris non habentia ut coqui possint, frustulatim secando calefacere, illis tegulæ impositis aut laminæ ferreæ calidæ, donec partes externæ siccentur & veluti torreantur, quemadmodum sit in rhabarbaro, myrobalanis, semine melanthij, & aliis.

**Quæ assanda sunt**, veru transfixa ad ignem perpetuè versantur, ut vndiq; igne sentiant: aut in cibano coquuntur, aut in vase fictili iuxta ignem positio, & testa cōtecto, suprà positis prunis ardentibus; aut per se: aut massa panis involuta, ut scilla: aut malo cydonio imposta, ut scamoniū quod corrigendum est: hoc namq; malo cydonio concauo exemptis semi-nib⁹ impositum coquitur aut in cibano, aut in olla fictili ad perfectionem, aut sub cineribus linteo aut foliis involutum, aut nudū: tametsi huiusmodi coctio-

nis

nis genere naturales medicamentorum facultates dissipentur: præstat igitur aliis modis vti , vt maximè oportunum videbitur: non enim peculiariter id præscriptum est.

Frixio sit aut in sartagine, aut in testa.  
Torrefactio vt ante dictum est.

In his autē omnibus modus seruandus est: nam neque cruda eximenda sunt, quæ aut assatione, aut frixiōe cocta esse debet: neq; etiam adeò coquenda vt torreantur aut vrantur, & inutilia eum in quem præscripta sunt scopum reddantur.

*De Vſtione.*

V R V N T V R medicamenta aut per se accensa, vt sarmēta, rami ficus, cerri, herba cali , & pleræque aliæ : aut prunis ardentibus imposita, aut olla imposita cum sulphure, aut sola.

In olla vruntur abrotonum , anetum, cucurbita, imposita carbonibus ardentibus , quæ tantisper igniri sinitur , donec herbæ in cinerem reducantur.

Sericum sic vritur. folliculi recentes detracto glomere serici quo vestiuntur vruntur in olla carbonibus imposita: id que non vt in cinerem redigatur: sed eximuntur cùm ea accessit vſtio, vt commode teri possint.

Vruatur

Vruntur pleraq; animalia, veluti Echi  
ni terrestres, hystrices & hirundines; sale  
insperso, ollæ imponuntur supra caſbones  
aut in fornace calida: operculo autem fo-  
raminulento tegenda est olla, vt ex subla-  
tis halitibus cognosci possit, cum satis  
vſta fuerint. Cæterum cauendū est fibi ab  
halitibus qui ē viperis & scorpionibus at  
tolluntur, noxijs enim sunt.

Sal & nitrum eadem modo vrēda, vſta  
autem esse indicium est, cum nō amplius  
exiliunt, & strepunt.

Alumen, vitriolum, corallium vruntur  
in fictili aperto, vt videri possit cum cocta  
erunt, cuius indicium est si amplius non  
ebulliant, si perfectè inaruerint, si bullas  
excitare desierint: vitreolum seu calcan-  
thum, si colorem mutauerit.

Oſſa, vngues, cornu ceruinum eodem  
planè modo vrenda supra carbones, do-  
nec nullum fumum amplius exhalent, co-  
lorēmque mutent.

Cancri diebus canicularibus capti, Lu-  
næ decimo octauo die, vruntur in farragi-  
ne ærea.

Lapides sub carbonibus vruntur à fol-  
libus vel flabellis excitatis donec planè ig-  
niti sint, deinde humore aliquo extinguū-  
tur, ac rursus sub carbonibus ponuntur,

G      aur

aut commodiūs in vrceolo Aurifabrorū,  
roties repetendo donec in puluerem redi-  
gantur.

Aeris & plumbi laminæ tenuissimæ, cū  
sulphure & sale alternis ollæ crudæ impo-  
nuntur: hæc carbonibus cingitur, aut in  
fornace reconditür donec percocta sit: vel  
vrceolo reponitur supra carbones donec  
planè ignitus fuerit. Dum verò plumbeum  
ardet, assiduè versandum est, donec totū  
in puluerem redigatur. Potest etiam plu-  
bum sine sulphure & sale vri in fotnace  
quæ duo habeat ora, mediāque sit diuisa  
muro lateritio dimidium pedem alto: &  
in vna parte ignis succendatur, in altera  
plubū repositū assiduè versetur donec to-  
tum in puluerem redigatur: Hæc verò v-  
rendi ratio vtilis est, cùm plumbi copia  
est vrenda, sic enim & sumptibus & tem-  
pori parcitur.

Stibium pinsita farina circumlitum &  
carbonibus obrutum torretur, donec ipsa  
crusta adusta sit: Si enim paulò magis cre-  
metur, sit plumbum.

Resinx, olea, pix, thus, styrax, & similia  
vruntur ad fuliginem eorum excipien-  
dam: nam aut his in vas coiectis ignis im-  
mittitur: aut in liquatis elichnium accé-  
sum imponitur, & patina fictili aut ærea in  
ver-

vertice foraminosa quo fumus exhalare possit, fuligo adhærens excipitur.

*De Extinctione.*

GEMMÆ & quædā metallica sèpius, antequam vrantut, ignita extinguntur aqua, vino, oleo, melle, butyro, aut alio aliquo humore, donec refrixerint.

Quædam sèmel dūtaxat, aut sèpius extinguuntur, ex Medicorum præscripto.

*De Tritura.*

MEDICAMENTA teruntur, vt, quia commisceri propter crassitiem & duritię non possunt, reducta in puluerē exactius misceri cum aliis possint: crassius autem aut tenuissimè teruntur pro Medici vario scopo. Terendi autem modus varius est, pro simplicium natura.

Metallica valenter, & diu terēda sunt.

Medicamenta odorata veluti cassia seu canella, caryophylli, macis, & similia moderatè sunt tundenda, ne pars tenuior exhalet, & interdum illis aut amygdalæ adiduntur, aut aqua rosacea inspeiguntur.

Radices odoratæ, vt angelica, valeriana, garyophyllata, asarum, eodem modo, eademque diligentia terendæ sunt.

Quæ verò nō sunt odoratæ, sed crasse & solidæ, vt gétriana, peucedanū, bryonia, violéto iictu & diurno verberadæ sunt.

G 2              Herbæ

Herbæ odoratæ, sicut calamintia montana, amaracus, serpillū, præterea flores, eodē modo terūtūr, quo radices odoratæ.

Thus, mastiche, sarcocolla, & succi qui humorem, & lentorem retinent tundēdo non teruntur, sed clementer ducto pistillo per fundum ac latera mortarij.

Gummi & lachrymæ, quale est gummi arabicum, tragacantha, eodem modo terentur.

Rhabarbarū, & quædā aliæ radices aliquo humore præditæ eodē modo terēdē.

Galbanum, ammoniacum, opopanax, bdellium, myrrha, succus glycyrrhizæ, hypocristidis, cucumeris sylvestris, & opium thebaicum teruntur affusa aqua, vino, acetato, aut alio humore.

Moschus & ambra cum aqua rosacea, ne partes odoriferæ euaneant.

Similiter & semina quædam, quæ glutinosum quiddā & pingue habent, ut thlaspi semen.

Semen napi & sinapi sola non terūtūr, sed aliis medicamentis siccis permista teruntur, aut cum humore aliquo, pro rei necessitate.

Fructus recentes, & radices recentes, quārum usus est in compositis medicamentis, ante & post coctionem tunduntur, vel frust

frustulatim secantur, aut mediocriter tan-  
tum cōfractæ infunduntur ut dictum est.

*De Tritura crassiore.*

TRITVR A crassior fit dum medica-  
menta crassius duntaxat franguntur, nec  
in puluerem reducuntur ut in tritura ab-  
solutè sumpta. Hæc plerisque medicamē-  
tis quorū talis usus requiritur, ut ilis est: A-  
liis præterea multis medicamētis quæ a-  
lia præparatione indigent, veluti sunt her-  
bae & radices quæ coquendæ sunt, & ea  
quæ in tenuissimum sunt reducenda pul-  
uerem.

*De Tritura subtiliori, seu Attritione.*

MOLVNTVR seu teruntur semina  
quædam, veluti triticum, lolium, lupini, se-  
men lini, & fœnigræci, quod commodè  
tundi non possint; tum etiam quod cor-  
tex vna cum farina misceretur.

Teruntur præterea quædam metallica,  
quæ contusa in puluerem tenuissimum re-  
duci non possunt, veluti thutia.

Sic & lapides pretiosi, lapis lazuli, ar-  
menius, teruntur in mortario marmoreo  
lato fundo, cum molula marmorea, in-  
spersa interdum aqua rosacea, aut alio hu-  
more, ne puluis euoleat.

Commodius item teruntur in porphy-  
rio marmore plano, diu ducta per ipsum

G 3 marmor

marmor molula, donec prioribus digitis  
confricando medicamēta, nulla amplius  
inæqualitas sentiatur.

*De Confricatione.*

L A P I S Iudaicus, & hæmatites, multique  
trochisci & collaria ad oculorū morbos parata, liquantur confricatione ex ali  
quo humore ad cōtem medicam, qualis  
etiamnū hodie ex Naxo insula adfertur.

Plumbum verò liquatur in hunc modum. Infusus in plumbeum mortariū hu  
mor, pistilo plumbeo verberatur atq; agi  
tatur donec crassescat, deinde lauatur, ac  
plumbum subsidere finitur, tum aqua ef  
fusa plumbum reponitur.

Eodem modo liquatur æs ad chrysocol  
lam conficiendam.

*De Cribratione.*

C R I B R A N T V R farinæ, vt à furfu  
ribus, & à corticibus secernatur flos pu  
rior ac tenuior. Cibrantur etiam medica  
menta quæ teruntur, vt puluis equalis sit,  
partesq; crassiores in cribro retineantur.

Tela autem ex qua cribra sūt, densior  
aut rarer esse debet pro vario medicamē  
torum scopo.

Lithargyros per telam secernitur, ne  
suo pondere cribrum stamineum confrin  
gat, crassiōr q; secernatur quam opus sit.

Cibr

Cibratatur etiam radices coctae & fructus  
ut a corticibus & seminibus repurgetur.

Pulpa itidem cassiae solutiua cribro trans-  
mittitur, ut solus flos seu pulpa, a corticis  
fragmetis & scirainibus repurgetur: sic e-  
tiam tamarindi, & dactyli humectati, aut  
infusi, aut cocti pro rei necessitate.

*De Lavatione.*

L A V A N T Y R medicamenta, si foris  
re aliqua sunt contaminata. Sed hoc lotio-  
nis genus præparationi medicamentorum  
peculiare non est, sed cæteris rebus com-  
mune, quæ luto, vel re alia contaminatae,  
lauatione opus habent.

Lotionis autem, de qua hic agendum,  
duplex est finis: ut videlicet a medicamen-  
tis qualitas aliqua tollatur: aut ut aliam  
aliquam facultatem acquirant.

Cæterum ex his quæ ad secundum sepa-  
rationem abluuntur: Calx & aloë tenuissi-  
me terendæ sunt: deinde affusa aqua co-  
pia satis magna simul miscentur & quies-  
cere ac ad fundum vasis subsidere sinuntur  
tum effunditur aqua: atq; id sapienter repeti-  
tur donec aqua pura remaneat: deniq; me-  
dicamentum siccatur ac reponitur.

Metallica tenuissime levigata, ac in a-  
quam puram, aut marinam, aut acetum, aut a-  
lium humor immissa, in Sole feruidissimo

G 4 totum

totum diem rūdīcula agitantur, & per noctem resident, mane aqua effunditur, atq; alia iniecta rurius eodē modo agitantur, quoad aqua quæ effunditur sit limpida.

Lapilli minutissime confracti, in aquā aliūmve humorem iniiciuntur & manibus confricantur ac agitantur, deinde ubi subsederint, aqua effunditur, idq; toties repetitur, donec aqua pura emanet.

Sic lauantur acacia, & alij succi qui cō modē in puluerem redigi non possunt, gū mi Arabicum, & lacea.

Resinæ, adipes, medullæ, & olea liquantur, agitantur, aqua affunditur totius ac effunditur donec pura appareat. Oleum verò lauando minus est verberandum, ne aquæ adeo misceatur, ut post ægrè pos sit separari.

Quæ in decoctionibus aut succis lauan tur medicamenta, ut de illorum facultate non nihil acquirant, cum tanta humoris copia lauari non debet ut prædicta, ne que toties, neque ea adhibenda est diligētia in illis ab humore segregandis: quemadmodum si aloë succo rosarum, aut intybi, aut cum specierum decoctione lauetur ad pilulas alephanginas: & turbith cum agarici & tithimalorum decocto, ut valētius purgent.

De

## De succorum extractione.

Succus ex foliis & germinibus per se tritis exprimitur, & depriratus siccatur aut Sole aut igni, donec eam consistentiam nanciscatur ut in pastillos formari possit, ac ita seruari. aut liquidus seruatur in vaſtangusti oris, superfuso oleo digiti crastitudine.

Sic exprimuntur succi ex fructibus, veluti ex vua immatura, malis punicis, sorbis, mespilis, cydoniis, limonibus, & similibus, & interdū scarificatione: sed liquidi seruantur plerūq; eo quo iam dictum est modo, aut sale insperso, ut omphacium.

Quædam herbæ quæ paucō humore cōq; lento sunt præditæ, ut hedera, portulaca, cotyledon, semperuiū, opus habent admista aqua, aut alio liquore illarum facultatibus simili, inter terendum, ut expressione, vñā cum ipso humore extrahatur: aut si tūsē calatho imponantur loco frigido, ut paulatim succus in subiectum catinum defluat.

Ex radīcibus autem & herbis quibusdam siccis, aut paucō humore præditis, ut est lentiscus, absinthium, glycyrrhiza, cētaurium maius, gentiana, & similes, succus hac ratione extrahitur. Quinque diebus in aqua macerantur, deinde in eadem

G s aqua

aqua coquuntur donec crassescat: colata postea aqua denuo coquitur quoad melius crassitatem habeat, tum in sole siccatur, ac in pastillos conformata reponitur.

Ex ebulo, iride, cucumere asinino scarificatis aut tritis, succus expressione extrahitur, ut suprà dictum est.

E' thapsia autē & peucedano, scrobe cū radices facta cortex inciditur, liquórq; emanans subiectis foliis aut vase aliquo purus excipitur. Thapsiae succus sole, peucedani vero umbra siccatur. Ex his etiā tritis, aut scarificatis, expressione succus extrahitur: sed chirothecæ manibus induendæ, & facies velanda est, ne vapores è thapsia exhalantes faciē inflēt & exulceret.

E' tithymalis succus vindemiis exprimitur incisis summitatibus, & succus effluens vase exceptus Sole siccatur, aut farinæ orobi pmiscetur, aut fico secca quinque aut sex guttulæ excipiuntur, siculque reponitur, ut ait Dioscorides.

Hypocistis quæ sub veris finem radicibus cisti adnascitur, teritur, & succus expressus Sole siccatur.

Ex cucumere agresti elaterium sic colligitur. Decerpti cucumeres maturi, qui tæcti protinus exiliūt, imposito supra vase aliquod rariore cribro, sigillatim supino cultro.

tro sursum versus aciem habente finduntur, atq; per cribrū humor in subiectū vas exprimitur, simūlq; carnosum quod hā sit cribro, quo facilius excidat, eliditur: Coa ceruata autē in cribro segmina dulci aqua perfundūtur & denuō pressa abiiciuntur: humor in pelui agitatur, & linteo operatus duplicato, Soli exponitur: dūmque steterit, tota supernatās aqua cum spuma identidem effunditur, deinde conterendo cogitur in pastillos, & seruantur.

Scillæ succū sic extrahit Galenus. Scilla viginti diebus ante caniculæ exortū euulsa, atq; à Corticibus externis purgata, manibus in exiguae discerpitur particulas, & in vas conicitur à quo recenter exemplum fuerit mel: posteā bene adaptato operculo illud obturás, extrinsecusq; pelle circundans & diligenter colligans, in loco meridiem spectante, qui à borealibus non perfletur ventis, Soli exponitur quadraginta diebus, interdum vas vertendo, ut ex omnibus similiter partibus Solem sentiat: deinde vas aperitur, & is humor qui supernatat, colatur, melle conditum coquitur ac seruatur. Ex scillæ carnibus fermento quodam inuolutis ac quasi cōctis, deinde tufis & cū melle mistis fit ele gma scilliticum, succo iam dicto p̄simile.

Cu

Cucurbita, farina pista inuoluta, & in  
cibano cocta ad crusti frumentacei co-  
ctionem ; aut scarificata deinde expressa,  
succum emittit cuius vsus est.

*De Muccaginum extractione.*

M U C C A G I N E s ex semine psyllij, li-  
ni, fennigræci, cydoniorum, & è radicibus  
quarundam plantarum, vt est althæa, ma-  
lua, acanthus, infusis in aqua noctem  
vnam, extrahútur : miscetur deinde dicta  
aqua, & calefit donec bulliat, & semina  
ciepant, & mucago crassior supernatet:  
tum enim mantili ex tela noua forti im-  
ponitur ac colando exprimitur, aut vir-  
gis duabus intorquetur sacculus à sum-  
mo ad imum, ac alio bacillo percutitur  
succusque deraditur.

Psyllium item ( vt eclegma de psyllio  
suauius fiat ) maceratur aqua recenti per  
24. horas, deinde rudicula sèpius agita-  
tur, donec mucago supernatet, excepta  
inde mucago colatur ac in vsu seruatur.

Simile est mel anacardinū appellatum,  
quod fit ex recentibus anacardiis exiguis  
diutius coctis, ex his enim enatat liquor  
quidam aut mucago prædictæ similis.

*De Destillatione.*

H E R B A E, flores, fructus, liquores, &  
animalia, potius vasis vitreis aut figulinis  
destil-

destillanda erant, quām plumbeis ut vul-  
gō fit: tametsi experientia comprobatum  
fit, medicamenta plumbeis vasis destilla-  
ta non tantam noxam adferre quam ple-  
riq; metuunt: animaduertendū tamen est,  
omnino plumbeis vasis non esse destillan-  
dum acetum, omphaciū, limones, aliāsq;  
res acres quæ intra corpus assumendæ  
sunt, nam facile incommodeum adferrent.  
Optimus quidem esset is calor, quo in de-  
stillatione sursum vapores attolluntur,  
qui ex aqua feraente fit; minus enim me-  
dicamentorum facultatem corrumperet:  
difficilis tamen ea est destillandi ratio,  
magnarūmque impensarum, & aquæ sic  
destillatæ non diu perdurant, quin facilè  
putrescant. Itaque necessarius est ignis è  
carbonibus accensis, aut lignis siccis nec  
fumum, nec teturum odorem expiratibus,  
moderatus, non magnus, æqualis. Com-  
modissima ea est ratio quæ fit vase, quod  
materiam continet destillandam, sub ci-  
neribus aut arena in fornace sepulto, &  
igne cineribus aut arenæ subditio: sic enim  
temperatior est calor, commodiūsq; hu-  
mor extillat, & melior est, priorq; poste-  
riori similius est; etiam si ex omnibus que  
destillantur liquor qui primò, qui secun-  
dò, quique postremò elicitur aliquantu-  
lum

Ium inter se se differant.

Fit etiam destillatio vase floribus aut ligno completo, quod foraminosum sit, aut telam, craticulamve habeat qua destillanda sustineantur, tegula aut operculo supra vasis orificium imposito, in quibus carbones accensi, calore suo destillare faciant in fundum subiecti vasis, aut aquam, aut oleum non minus odoratum, quam quod vulgari modo elicitur.

Porrò aquæ destillatæ per aliquot dies Soli exponi debent in vasis linteo aut membra perforata obturatis, ut quicquid excrementosum est resoluatur, similiusque exhalet empireuma quod in aquis destillatis remanserat.

Alio præterea quam ignis calore fit destillatio, nam & per fimi calorem, vinaeorum, & causa fiunt destillationes, verum haec in medicamentis præparandis non sunt admodum aptæ, sed potius ad chymistas referri debent.

#### *De Oleorum extractione.*

O L E A è fructibus, seminibus, liquoribus, lachrymis, rebisque omnibus pinguis, & etiæ è metallicis exprimi possunt.

E' fructibus, veluti ex amygdalis dulcibus & amaris, ex strobilis, pistaciis, bala-  
no myreplica, nucibus, & nuce moschata.

E' cer

E' certis seminibus, veluti è semine lini,  
sesami, ricini, & aliorum. Exprimuntur  
autem in hunc modum.

Fructus & semina cortice duro prædicta  
purgātur, teruntur, & loco calido, quo ad  
Solem, aut in duplice vase reponūtur: dein  
de rursum trita, torculari exprimuntur;  
aut, cùm trita sunt, inspersa calida aqua,  
tantisper agitat, donec oleū supernatet,  
tum manibus, aut torculari exprimūtur.

E' fructu oleæ, lauri, iuniperi, & létisci  
maturo in aqua cocto, oleum supernatans  
aqua colligitur: aut ex eis tusis inspersaq;  
aqua calida oleum vt suprà exprimitur.

E' lignis, iuniperi, aloës, guaiaci, piceæ,  
oleū extrahitur. capitello figulino cocto,  
aut æreo sumpto, cum eiusdem materiæ re-  
ceptorio cuius fundo craticula ferrea insi-  
deat; receptorium illud ligni fragmentis  
impletū in pyramidis formam, vt applica-  
tum capitellū super receptorio, quodam-  
modo etiā impleatur. deinde supra aliud  
vas pedem altum imponuntur, quod tan-  
tum in terra reconditur, vt matella plena  
cum capitello suo huic imposita; matella  
quidem sub terram recondatur, capitel-  
lum verò solum extet, circa quod ignis  
extruendus est, cuius calore oleum ex li-  
gnis elicetur, ac in subiectum vas decidit.

E' lachry

E' lachrymis, resinis, & liquoribus, oleū alembico in matellis vitreis elicitor, quē admodum in destillatione dictum est.

Sulphur in exiguo vase vritur superim posito capitello lato quod vapores in altum elatos in humorē convertat: sed is humor aqua potius, quam oleum est.

Oleum verò etiam per alembicum elicitor ex sulphure, quemadmodum ex resinis, lignis, gummis, cæterisq; rebus, è quibus oleū, rationibus suprà dictis, extrahi potest. Sed etiam in hunc modum aliquādo extrahitur. Sulphur liquatum laterculique tenuissimè triti æquis partibus per alembicum destillantur, deinde fæces cum humore extracto rursus permista denuo destillantur.

Sic etiam è cera extrahitur, nisi quod humorī primū extracto adduntur vniçæ tres lumbricorum vino albo ablutorum, & drachmæ duæ croci tenuissimè levigati, deinde iterum permista cum fæcibus prioris destillationis, destillatur.

E' calcantho sic fit. Calcanthum quam optimum, quod ea facultate præditum sit, ut ferrum politum contactu suo æris colore tingat, tenuissimè tritum in matellam infunditur, & applicato capitello destillatus humor reponitur, ipsumq; calcāthum

thum eō vsq; supra ignem relinquitur, do  
nec vstum sit & rubrum: deinde exemptū  
teritur, & humoris suo permistum, denuo  
in vas coniicitur & per diploma destil-  
latur donec oleum emanet.

Ex stibio sic. Stibium electissimum te-  
nuissimè tritū in matellam coniicitur af-  
fuso tanto aceto stillatitio, vt stibium te-  
gat quatuor digitis: deinde obturato ore  
vasis sub fumum calidum per octiduum  
reconditur: posteā destillatur lento igni  
in fornace cineribus aut arena plena: &, si  
nullus humor amplius stillet, eximitur  
vas & affuso aceto stillatitio, vt primū,  
sub fimo caliente quatriduum sepelitur,  
deinde in duplici vase per vnam aut duas  
horas coquitur: & vase exēpto, si quid hu-  
midi remansit filtro colatur, & recenti ad  
dito aceto stillatitio, vt initio factū est,  
permiscetur & toties per filtrum colatur,  
donec clarum emanet: tandem omne ace-  
tum percolatū lento igni destillatur, &  
cū nihil aceti amplius emanat, quod  
reliquum est, oleum stibij seu antimo-  
nij appellant.

Oleum tartari fit ex tartaro vsto in va-  
se fistili lutato, in fornace, in qua vitra  
aut laterculi coquuntur, donec candi-  
dum fiat: deinde in sacculo impositum

H in cella

in cella reponitur, ex quo liquor emanat  
aque quam oleo similior.

Oleum ouoruū sic fit. Vitelli ouorum eli-  
xando duratorum manibus friati in sarta-  
gine terrea plumbata frigantur, igni me-  
diocri, assidue mouēdo donec oleū ab his  
resoluatur, & sic calidi panno lineo inuo-  
luantur, & torculari exprimatur oleum,  
qd̄ refrigerari finitur, donec limpidū fiat.

Ex frumento & sinapi torrefactis in pa-  
tina terrea, oleū torculari exprimitur: aut  
trita, in patina lento igni friguntur, & in-  
spersa aqua mouentur, deinde torculari  
exprimuntur.

#### *De Expressione.*

EXPRESSIONE, medicamentorum humida & tenuis substantia extrahi-  
tur, & à crassa ac sicca separatur, veluti  
fructuum ex quibus oleum aut succi ex-  
primuntur, herbarum, radicum: tum etiā  
decoctionum & infusionum quarum pars  
humidior in vsu est.

Expressionis instrumenta sunt manus,  
pr̄ulum, sacculus qui duobas baculis com-  
primitur & ceditur, tela aut stamen vul-  
gare manibus contortum ut vulgo fit.

Debent autem medicamenta plus vel  
minus pro vsus necessitate exprimi.

Succi & olea forti expressione extrahū-  
tur.

tur. De decoctionibus verò & infusionibus ex præscripto medicorum agendum.

*De Colatione.*

**C O L A T I O** fit vt pars crassior separetur, vt in succis, oleis, decoctionibus, infusionibus, iulepis, syrups, gummis, lachrymis & resinis liquatis.

Varia autem sunt colationis instrumenta, vt fistulæ seu tubi, stamen, pannus, sacculus, vasa sigulina cruda, vasa hedacea, quæ tenuem humorum transmitunt, crassiorem substantiam retinent, officinis ignota.

Humida, quales sunt succi, syrups, infusions, & decoctiones, per stamen vulgare colantur, aut laneis pannis extensis, aut per colatorium, quo solo, aut duplici, aut triplici utimur, primo minore & rariore, secundo maiore vt summum ambire possit reliquo ramen vndique trium digitorum interuallo, tertio eoque infimo, maiore secundo ad eandem proportionem, atque densiore: quibus humor eadem opera perfectissimè colari potest.

Iulepi, syrups cum saccharo aut melle confecti, colantur linteo raro, aut stamineo vulgari in ligno extenso, aut sacculo stamineo, iisque calidi, nam frigidi transmeare non possent.

H 2      Colan

Colantur etiam nonnulla per filtrum,  
vt calcanthum aqua dissolutum,& alia si-  
milia venenosa facultate prædicta,in hunc  
modum. Filtrum sumito quatuor digitos  
latum , longumque vt vasis fundum in  
quo medicamentum colandum contine-  
tur contingat,altera extremitate acumi-  
nata extra vas propendeat : illud enim  
assidue humorem imbibit , illumque in  
aliud vas contiguum effundit.

*De Clarificatione.*

L I Q V I D A medicamenta quibus  
rulta materia admista est clarifican-  
tur : dum quiescere permituntur , donec  
quod fæculentum est subsideat , sumen-  
do quod clarificatum est:aut dum colan-  
tur vt antè dictum est:aut dum quæ ægræ  
clarescunt,Soli exponuntur ; aut igni co-  
quuntur,ac despumantur,dein colantur;  
aut inecto omphacio , vel succo limo-  
num,vel aceto;vel ouorum albumine ver-  
berato (vt vulgo fit ) dum bulliunt , dein  
despumator ac colatior.

*De Despumatione.*

D E S P U M A T I O fit , derafa , dum  
medicamenta coquuntur, spuma quæ su-  
pernatat , cochleari ferreo pertuso , ne  
cum spuma etiam humor , in quo fit co-  
ctio , abiiciatur : hæc omnibus quæ co-  
quun-

quuntur communis est.

Despumantur etiam succi, mel, saccharum, reiectis partibus crassioribus & excrementiciis, dum coquuntur, aut per se, aut albuminibus ouorum bacillo quassatis, ut in clarificatione dictum est: deinde spuma ablata cochleari perforato, aut colatione per stamen facta, aut per panum laneum clavis affixum, aut per colatorium.

*De coloratione.*

MEDICAMENTIS color acquiritur, admistis quibusdam coloratis, ut est arugo rasilis, cinnabaris, minium vulgare, cerussa, & similia: aut diutina coctione quemadmodum ea que aeruginine recipiunt.

Quædam viridia sunt, quædam rubra, quædam nigra: quædam lotione candida fiunt, ut oleum & terebinthina; quædam insolatiæ, ut cera, & sapo in taleolas aut laminas sectus: quædam coctione ad Solem, ut multa emplastra: quædam rudicula aut manibus diutius tractata albiora evadunt, ut penidia, eclegmata, manus Christi.

H 3

DE

# DE MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM GENERIBUS, EORUMQUE MISCELLANEOUS MODO.

## SECTIO TERTIA.

### *De Conditis, aut Conseruis.*



CONDITA aut conseruae fiunt  
e floribus, fructibus, radicibus  
& corticibus.

Conseruae florum, veluti rosa  
rum, violarum, buglossae, fiunt e floribus  
tritis aut minutim concisis, addendo tri-  
plum aut quadruplum sacchari puluera-  
ti, affusa aliquantula aqua stillatitia ut  
commodius permisceri possint: deinde  
Soli exponuntur bene obturato vase, &  
interdum agitantur.

Fiunt etiam nonnunquam perfectè co-  
sto iulepo, atque in eum iniecta tertia aut  
quarta parte florum tritorum aut minu-  
tim concisorum, deinde insolantur.

Fructus conduntur aut conficiuntur  
coctione; cocti enim, cribro cernuntur, &  
ad singulas iulepi libras, pulpæ quatuor  
vnciae adiiciuntur, deinde leuto igne co-  
quuntur donec ad eam cōsistentiam per-  
ducti

ducti sint ut nec nimirum liquidi, nec nimia  
coctioe aridi & exsucci sint redditii: quod  
experientia facilè deprehendi potest: nā  
si guttula in marmore aut ferrum demis-  
sa, manus, ubi refixerit, non inquiet, iu-  
stam esse coctionem, censembitur.

Condiūtur præterea fructus si primūm  
repurgati à cortice & ossibus, æquis parti-  
bus cum saccharo & aqua lento igni co-  
quantur, donec saccharum totam fructuū  
substantiā penetrarit, & ad iustā coctionē  
perducti sint: quod ex eo deprehendetur,  
si iulepus consistentiam habeat lentā, ita  
ut digitis ductus fila tenuia mittat, sed id  
experientia ipsa certius commonstrat.

Fiunt etiam conseruæ fructuum, ex eo-  
rum succi vnciis sex in singulas sacchari  
clarificati libras, coctis lento igni quoad  
gelatinæ crassitatem ademptæ sint, actum  
in pyxides coniiciantur.

Formantur præterea in pastillos eædē  
florum & fructuū cōseruæ diutius coctæ.

Fructus peregrini primum maceran-  
tur, deinde cocti cum iulepo dilutiore,  
quem longum vocant, condiuntur.

Radices ut condiantur, primū terra &  
cortice exteriori purgatae, & marrice, de-  
inde in partes sectæ, coquuntur in iulepo  
dilutiore donec radicum substantiam pe-

H 4      netravit,

netrarit, & probè coctæ sint ut in fructibus dictum est.

Cortices quorundam fructuum, veluti citriorum, malorum medicorum & limonum, quod substantia sint aliquantulum amara, primùm aliquot dies in aqua maceratur, sèpius aqua mutata, deinde aquæ incoquuntur donec tenerescant; tandem in aquam recentem semel atque iterum immittuntur; postremò in iulepum aut mel, cui multa sit aqua admista, injecti coquuntur ad iustum crassitatem.

Radices & cortices peregrini humectantur, deinde in iulepum impositi coquuntur, ut de fructibus dictum est.

Conseruæ florum & fructuum annum durant & interdum biennium, cortices diutius: & in pyxidibus aut vasis bene obturatis reponuntur.

Interdum à Medicis adduntur iam distarum conseruarum iulepis aromata, & medicamenta purgantia, ut infrà dicetur.

*De Infusionibus.*

S V P R A dictum est qua ratione fieri debeant infusiones ad medicamentorum præparationem, nunc verò de earum cōpositione agemus.

Duo sunt earum genera; nam aliæ per se corpus purgant: aliæ addūtur allis medicamen-

dicamentis quorum nōnullas medicis recentioribus maximē usurpatas describemus. Vtunque infusionum genus sēpius à medico præscribitur, in quo humore, qua quantitate, qualitate, calidæ an frigi gidae, quantōq; tēpore fieri debeat: item quales debeat fieri expressiones, fortes an imbecillæ. Hæc autem omnia diligenter perfici debent: & si quando contingat vt in medicamento non sit expressa quantitas, qualitas & tempus: aut ( si scribatur, infunde secundum artem ) tanta quantitas aquæ sumenda est, vt medicamenta, quæ maceranda sunt operiat.

Radices, fructus, ligna, aut cortices siccii, & sœuiente hyeme, macerari debent, primum contusa & confracta, aqua tepida aut calida per viginti quatuor horarum spatium, aut supra cineres, aut in vase calido, aut ad Solem, aut loco calido, aut pellibus opera aut pannis, vt diutius humoris calor conservetur.

Flores, herbæ, aut fructus recentes, & æstiuo tempore, macerantur in humore frigido duodecim horarum spatio. In utrīque expressio fortis facienda est.

Medicamenta purgantia, veluti agari-

H § cum

cum, myrobalani & similia crassius aut minutius confringuntur ex medici præscripto, deinde macerantur, hyeme horis duodecim, æstate sex: expressio autem magis aut minus fortis esto pro medici præscripto.

Rhabarbarum & agaricū iactu confracta aut trita insperguntur aliquāto vino albo, deinde admiscentur aliis rebus sequentibus: Rhabarbarū cum aqua cichorij, spica nardi, schærantho, aut canella: Agaricū cum tāto oxy melite ut incorporari possit, & aromatizatur gingiberis momento & canella: dimidius autem scrupulus gummi triti ad singulas agarici drachmas additur: deniq; in tāta aqua stillatitia aut decoctiōe maceratur ut totum operiatur: insuper s̄epius agitādum est, ut commodiū omnia misceantur.

Omnēs autē hæ infusiones recentes fieri debent, non autē ex sumendæ quæ tempus legitimū aut præscriptum diu prætergressæ sint nam facile corrūpuntur: quod si conseruandæ sint, vas arena obtuendū est, nam sic melius perdurant.

*De Decoc̄tis.*

Decoc̄tis per se utimur: aut medicamentis quibusdam admiscemus ad eorum compositionem, aut dissolutionem,

vt

ut facilius assumi possint.

Præscribitur item humor , quantitas,  
qualitas decoctorum , & an primū medī  
camenta macerati debeant , qualis item  
debeat esse decoctio , fortis , an mitis , & si ,  
inter colandum , crassiorū , quę remanent ,  
partium debeat fieri expressio , & an va-  
lens , an clemens esse debeat .

Horum omnium summa ratio haben-  
da est ; & si quando non præscribantur à  
Medico , in hunc modum intelligendum  
est , scilicet : Flores , herbas recentes , & sic-  
cas odoratas , radices graciles & odora-  
tas , fructus , cortices peregrinos & odora-  
tos , ut sunt nux moschata , garyophylli ,  
cinnamomum seu canella , & macis , non  
multam expetere coctionē . Radices cras-  
fiores , cortices & fructus non odoratos ,  
multam coctionem desiderare , ut copio-  
sè suprà dictum est .

Horum autem usus esse debet statim à  
coctione , aut paulò post , & conseruari de-  
bent in vasis vitreis diligenter obturatis  
loco frigido , aut arena sepeliri , si diutius  
sint asseruanda .

*De sapis , Iulepis , & Syrupis .*

R o b , aut sapo succus est fructuum So-  
lis aut ignis calore inspissatus , ut asserua-  
ri possit , & eo uti liceat in oris præsentim  
morbis

morbis aut per se, aut cum melle, aut sac  
charo, aut sapa.

Perfectæ coctionis indicium est, si tan  
tum inspissata sit ut frigefacta vnitatem  
quandam & mellis crassitatem adipiscatur.

Reponitur vasis vitreis, aut figulinis  
vitratis ad annum vnum.

I V L E P V S Arabū, potionis genus est  
delicatæ apud Græcos, quæ parabatur ex  
aqua, vino, & succis cum melle.

Arabes id genus solum descripserunt  
quod ex aqua & succis componebatur, il  
ludque iulep vocarunt: Græci recentiores  
ζουλάπιον καὶ ιολάβον.

Fiunt autem cum aquis stillatitiis, &  
horum frequentior est usus hodie: aut  
cum decoctionibus, & succis ori gratis,  
sed horum usus nullus est, nam eorum lo  
eo syrupo simplici utimur.

Rosaceus & violaceus parantur ex vni  
ciis octodecim aquæ rosaceæ aut violarū  
ad singulas sacchari libras & quia his sta  
tim utimur tanta coctione non egent at  
que syrapi.

S Y R U P V S aut serapiū, simplex est,  
vel ex multis cōponitur. Simplex iulepo  
perquā similis est, hoc, solum differens,  
quod succus & decoctio è quibus syrups  
sit, ingratior sit, quam è quibus iulepus.

Compo

Compositus fit ex infusionibus, & variarum rerum decoctionibus: interdum post coctionem aromata accipit aut medicamenta purgantia trita ac in nodulum ligata, atque in ipso syrupo diu suspensa

Simplices syrapi sunt è succis herbarum eichorij, endiuiae, fumariae, betonicae, & similiu: aut è succo fructuū, vuæ immaturæ, succo limonum, pomorum, citri orum; Coquuntur autem succi ad quartæ partis consumptionem, & depurari sinuntur: deinde huius succi sic depurati libra cum sacchari clarificati tantudem coquuntur ad iustum crassitiem, cuius indicium erit si guttula in marmor effusa hæreat; aut digitis accepta, horum adductione & diductione fila ducat.

Alij saccharum coquunt ad penidiorū usque crassitiem, deinde succum admiscent, & simul feruere semel sinūt, postea igni exemptum insolant.

Simplices in sua bonitate annum servuantur. Compositi biennium. Reponuntur ut dictum est.

*De Eclegmatis.*

M E D I C A M E N T A ea quæ Arabib<sup>o</sup> loch dicūtur, Græci ἐκλίγματα ē ἐκλίτα vocant Latini linctus, quod linguntur & lambuntur, ac retenta in ore paulatim liqueſc

liqueſcunt & in trachæam arteriam dela-  
buntur, ſimplicia ſunt & composita.

Simplicia ex ſoliuſ medicamenti ſimpli-  
cī deccoſto aut ſucco, & ſaccharo, mel-  
le, alioue liquore parantur.

Compoſita, gummi, fructus, & aroma-  
ta recipiunt.

Eorum conſiſtentia media eſt inter ſy-  
rupos & electaria: nam ſyrupis crassiora  
ſunt, & electariis dilutiora, ne tam facile  
elabantur atque ſyrupi, nec tam diſſicile  
in arteriam delabantur ut electaria.

Post coctionem diu in cacabo agitan-  
tur, ut candida fiant, ſintq; oculis gratio-  
ra: nam aliās, cūm eorū uſus ſit frequens,  
facile fastidium generarent.

Simplicia in ſua perfeſtione annū ſer-  
uantur: Compoſita bienniū, his exceptis,  
quæ amygdalas, ſtrobilos, piftacia, & alia  
huiusmodi quæ facile ſenescūt, receperūt.

Reponūtur autē valis figulinis vitratis.

*De Electariis.*

ELECTARIORVM, quæ Græcis  
antidota appellantur, multæ fuerūt diſſe-  
rentiæ. Nos verò in electaria guſtatu gra-  
ta & iucūda diuidemus, in electaria ama-  
ra & ingrata, in electaria purgantia & la-  
xantia, in theriacas, & electaria opium ac  
cipientia, quæ omnia ſecundum hunc or-  
dinem

dinem suo loco describemus.

Conficiuntur ex variis, & multis pecu  
liaribus medicamentis, quorum delectus  
& præparatio maxima cum diligentia ex  
regulis suprà traditis fieri debet.

Saccharum aut mel eousq; coquuntur,  
donec aromatibus inspersis, iustum ha-  
beant consistentiam, & possint deglutiri,  
aut dissolui, prout usus postulabit: ani-  
maduertendū tamen est, ut saccharū aut  
mel tantum coquatur, ut repositū, situm  
non contrahat, quod fieri, quando ad syru  
pi decoctionem proximè accessit.

Aromatum quantitas inspergenda, ple  
runque in ipsa compositione expressa est:  
quod si expressa non sit, & simpliciter sit  
additū, mellis aut sacchari quātum satis  
est; vnciæ tres aromatū in singulas saccha  
ri aut mellis libras sumendæ erunt, & in  
electariis gustu iucundis vnciæ dux.

Saccharo aut melle cocto & despuma-  
to, & igni exempto, aromata paulatim in-  
sperguntur, & assidue versantur donec per-  
fectè mixta sint.

Reponuntur vasis figulinis vitratis, aut  
plumbeis bene obturatis.

Electaria palato grata durant annum,  
amara & ingrata biennium, purgantia  
annum.

Theri

Theriaca ad vigesimum annum durat,  
reliquæ opiatæ in decennium : neque ex-  
hiberi debent ante semestre, nisi medicus  
aliud præscribat.

Ex electariis dulcibus sunt interdum  
morselli aut tabellæ:tum in singulas sac-  
chari cocti libras dimidia vncia specie-  
rum inspergitur instar manus Christi.

*De Pulueribus.*

P U L V E R E S qui nobis describentur,  
partim intra corpus assumuntur , partim  
foris applicantur.

Qui per os assumuntur ex medicamen-  
tis componuntur aromaticis, aptis ad in-  
temperiem corrigēdam earum corporis  
partium quæ nutritioni deseruiunt; ea au-  
tem sunt interdum electaria , vt diacala-  
mintha, diatriō pipereon Galeni & simi-  
lia:& interdum admista habent quædam  
purgantia.

Qui foris applicantur, ex variis medi-  
camētis commiscentur simplicibus, iisq;  
diuersis corporis administrantur parti-  
bus , veluti qui à vulgō Medicorum &  
Pharmacopœorum epithemata cordia-  
lia & hepatica vocantur.

Alij sunt utiles ad vulnera & vlcera,  
idq; in variis corporis partibus,& varias  
ob

ob causas, vt pulueres capitales, adstrin-  
gentes, sarcotici erodentes. Hi autem ex  
selectissimis fient medicamentis plus mi-  
nusve tritis pro medicamenti præscripti  
scopo, eóq; ordine & diligentia, quo in tri-  
tura dictum est.

In vniuersum autem, qui intrò assumē-  
di sunt pulueres, & qui in epithemata in-  
grediuntur, tenuissimè teri debent, quòd  
**ex aromatibus & odoratis constent**, nisi  
quod interdū eos crassius terere oportet,  
vt diatriōn pipereon, & similes, vt in quē  
præscribuntur, scopum vñi esse possint.

Reponi verò debent sacculis coriaciis  
bene consutis, aut vasis vitreis diligenter  
clisis.

*Singulis annis vt plurimū renouari  
debent.*

Qui foris applicandi sunt, non necesse  
est tā tenuiter terantur, & quòd frequenti  
in vñi non sint, neq; magna eodem tépo-  
re copia opus sit, primum componi solent  
cū iis vtendum est, & secundum medici-  
scopum. nihilominus tamē quosdam vul-  
gatores, & magis probatos in Antidota-  
rij libro secundo describemus.

*De Pilulis seu Catapotiis.*

**C A T A P O T I A** medicamenta sunt  
I quæ

quæ intra corpus assumuntur, in hoc magna ex parte confecta, ut corpus purgent & euacuent: apud Arabes verò, ut etiā sensus stupefiant, & catarrhos tollant, veluti catapotia de cinoglossa & similia, tum etiam ut tuſſim leniant.

Fiunt ex fiscis medicamentis tenuissimè tritis, deinde cum succis, aquis stillatitiis, aut aqua communi in massam redactis quæ papyro inuoluatur, deinde, ubi horum uſus erit, rursus tritis, & cum succo aliquo in catapotia conformatis.

Seruari possunt, purgantia annū unum; quæ verò opium acceperunt, duos, tres, & plures annos.

*De Trochiscis & Sieff.*

V A R I A sunt trochiscorum genera, quorum alij per se in corpus assumuntur; alij in compositiones aliorum medicamentorum recipiuntur, veluti pastilli de vipersa, & è scilla in theriacam: alij extra corpus applicantur, constantq; ex metallicis, & hi utiles sunt uiceribus malignis, & oculorum morbis.

Ex eorum numero qui intra corpus assumuntur; alij ex aromatibus fructibus, herbis, & medicamentis quibusdā purgatibus constant, ut trochisci de agarico, & de rhabarbaro: alij ad eorum compositionem

nem opium requirunt. Fiunt ex medicamentis siccis tritis, ut dictum est, & cū aqua, aut decoctione, aut succo mistis, donec ad eā crassitiem reducātur, qualis est massa pilularū. Formātur autē in rotulas, vnde Grēcis *τροχίσκαι*, Latinis pastilli appellātur ab eorum forsitan figura. Siccan tur in umbra, & reponuntur ut in catapotiis dictum est. Durant annum unum & qui opium recipiunt, ut pilulae opium recipientes.

Qui foris applicandi sunt, cū ex medicamentis constent quae non facilē resoluuntur, seruari possunt in annum unū aut duos.

SIEFF Arabū nihil aliud quām Græcorum trochisci & collyria sunt, quorum diximus usum esse in oculorum morbis; & sola forma differunt.

In utroque autem genere illud requiriatur, ut medicamenta ex quibus constant sint tenuissimè trita, supra omnia alia medicamenta.

*De Oleis.*

O L E A quorum in officinis usus est, nūc ē fructibus & seminibus exprimuntur: nunc fiunt ex oleo oliuarum in quod infusæ herbæ aut flores sint, & soli exponuntur, aut in duplice vase coquuntur.

I 2 Ex

Ex his simplicia vocantur, quæ ex fructibus expressa sunt sine vlla alia admitione, aut quæ ex oleo cōflata sunt in quo macerati flores vnius generis insolantur aut coquuntur.

Composita ea sunt quæ multa medicamenta simplicia & odorata recipiunt, quæque plerunq; igni parantur: hæc apud veteres vnguentu nuncupabantur, quod recipiērēt aromata, & lachrymas, eāq; de causa crassiora reddebantur.

Rationem extrahendorum oleorū supra diximus.

Cæterū quæ ex fructibus & seminibus téporatæ qualitatis fuit, quale est oleum amygdalarum, sesaminū, elici debet cum horū vsus necessarius est: nam si ante extrahātur, nouas acquirūt qualitates.

Quæ ex fructibus frigidi & adstringentes temperamenti parantur, ut ex létisco, myrto, ea durant annum vnum; pòst contrarias facultates adipiscuntur.

Quæ ex fructibus odoratis, vt sunt nux moschata & caryophylli, eliciūtur, semestri seruari possunt in sua virtute.

Quæ ex liquoribus, seminibus, & lignis calidis per alembicum extracta sunt: tametsi recens extracta, sint præstatiſſima, illorum tamen efficacia diu durat.

Olea

Olea simplicia fiunt maceratis in oleo  
oliuarum eiusdem anni, floribus aut her-  
bis, ita ut oleo integratur, frigidis quidē in  
oleo lauato, calidis verò in oleo puro: De-  
inde insolātur per aliquot dies, ut præscri-  
ptū est, & facta expressione valida flores  
abiiciuntur, & recentes immittuntur, idq;  
sæpius: aut coquuntur in duplice vase, do-  
nec flores immissi tenerescant, deinde ex-  
primuntur, recentesq; iniiciuntur, & co-  
quuntur sæpius: id autem fit ob tēporis au-  
gustiam, aut quia subitō eorū vsus requi-  
ritur, aut quia flores qui medicamentum  
ingrediuntur, non sunt tam diurni, ut  
macerari & insolari possint quantum ne-  
cessē est. Hæc autem annum durant.

Composita magna ex parte coquuntur,  
admixta oleo, aqua, aut vino, aut infuso,  
aut decoctione aliqua p medicamēti præ-  
scripti ratione: Coquuntur autē lento igne  
ex carbonibus conflato, donec omnis fe-  
rè humor qui admixtus est consumatur:  
aut coquuntur in vase duplice, quod præ-  
stat. Seruantur in annum. omnia olea re-  
poni debent vasis vitreis ore angusto be-  
ne obturato, aut figulinis vitratis.

*De Vnguentis, Emplastris & Ceratis.*

H A E C medicamentorū genera sub alia

I 3      appel

appellatione Græcis descripta sunt: nam vnguenta illis solūm vocabantur olea cōposita ex aromatibus, calore ignis aut Solis in eam consistentiam redacta, vt his facilè uti possent in vnguendis corporibus.

Arabes sub vnguenti vocabulo cerata græcorū, malagmata, & ex emplastris etiam nonnulla complectuntur, non tamen coquebant ea consistentia qua Græci.

**E M P L A S T R A** Græcis sunt medicamenta, varia simplicium genera, & metallica præsertim recipientia. Ea verò coquebantur donec manus amplius non inficerent, & Arabibus recentiorib[us]que certa nuncupantur.

Arabum verò emplastra ea sunt quæ Græcis malagmata, cataplasmata, & epithemata, ex herbis, floribus, farinis, oleis, & adipibus cōposita, quæ tā diuturnā cotionem non patiuntur atque emplastra; nam neq[ue] simplicia, ex quibus conflantur, neq[ue] usus, in quem parantur, id admittit.

**C E R A T A** veterum, vt iam dictū est, sunt Græcorum emplastra.

Græcorum cerata ex oleo & cera fiunt, admistis interdum quibusdam odoratis. Quæ omnia medicamentorum genera, via

ria sunt admodum, & in his regulam aliquam generalem præscribere difficultum. De eorum autem compositione in singulis medicamentis, quæ libro secundo describentur, dicere præstabit.

**D**ELECTV itaque medicamentorum facto, compositisque & repositis iis medicamentorum generibus quæ frequenter sunt in vsu, & in quorum præparatione diutius est inhærendum, quam ut subito confici possint, (de quibus abunde in vniuersum supra dictum est) Pharmacopœo in medicamentis suis exhibendis & propinandis diligenter hæc sunt obseruanda.

Primum, ne suo ex ingenio, aut inconsulto medico cuiquam propinet medicamentum aliquod purgans, aut quod ex opio constat, aut cuius usus noxiam adferre possit.

Deinde, ut, dum Medicus medicamentum aliquod præscribet, attente illum præscribentem audiat, medicamenq; in codice in hunc usum officinæ parato præscribat, diligenter adnotans & pondus & quantitatem, & exhibitionis modum atque tempus: tum descriptum medico perlegat, ne qua in re error aliquis committatur, qui ho-

minis vitæ magnam possit adferre calamitatem, & perniciem.

Præterea, vt medicamēta præparata habeat: & si fortè contingat aliquod illi medicamentum deesse, quod nec ex sua, nec ex alterius officina nancisci possit: ne illud negligat, aut aliud in eius locum substituat inconsulto qui illud præscripsit medico.

Deniq; vt exquisito pondere, & diligēti mensura facta medicamenta dissoluat, conformet, molliat, extēdat, & reliqua insuper in medicamentorum vsum necessaria peragat: deinde ea ad ægrum mittat, inscriptis vnicuiq; medicamento, tempore, & vtendi modo, iisque quæ, ex medici præscripto, ægro post medicamentū sumptum agenda sunt: aut ipse ægrum adeat & illi porrigit, si potionēs sint molestæ, aut alioqui medicamentum quod præparatum diu seruari non possit, vt cassia solutiua, manna, quæ primum dissoluendæ sunt cùm sumi debent, aut alioqui medicamenta quæ magna cum difficultate applicantur, vt in plerisque vsu venit.

ANTI

137

# ANTIDOTARI<sup>I</sup>, SIVE

*D E C O M P O N E N -*  
*dorum, Miscendorūmque Medi-*  
*camentorum exactaratione*

L I B E R S E C V N D V S.

## D E C O N D I T I S S I V E C O N S E R V I S,

### Sectio prima.

*Diacydonium Galen.*

**R**Ecipi succi malorū cydoniorū struthiorum, sunt autem ea tenera, odorata, & mediæ magnitudinis,

Mellis ana ℥ iiiij. Aceti candidi ℥ iiij. Coctis supra prunas modicē, & spuma de tracta, adde.

Zingiberis ʒ iiij. Piperis albi ʒ ij. Dein rursus lento igne recoquātur, donec mellis crassitudinem consequantur.

Fit etiam è succo malorum cydoniorū, cùm scilicet maior adstrictio requiritur; & etiam sine pipere, aut zingibere, vel sal tem minori quātitate: præterea & alia aromata immitti possunt, pro rei exigētia.

I 5 \*Vtile

\*Vtile est tum ad excitandā appetentiā  
iis quibus decocta est, tum ad ciborū con-  
coctionem, & ventriculum roborat.

*Miu a cydoniorum simplex, Mesua.*

R2. succi cydoniorum flb xx.

Vini candidi austeri flb x.

Coquuntur lento igni, semper despumando, ad tertiarę partis consumptionem. Postquam resederit, cola, & adde  
Sacchari flb vj.

Iterū coquuntur ad iustum cōsistentiā.

\*Aduersus alui profluua biliosa valet,  
ventriculum & cætera viscera firmat, &  
vomitum reprimit.

*Miu a aromaticā, Mesua.*

R2. succi malorum cydoniorum flb xx.

Vini albi potentis flb x.

Decoque igni lento ad tertias, semper de-  
spumando, resideat, cola, & adde

Mellis despumati flb vj.

Iterum coque despumando, & impone  
hæc aromata,

Cinnamomi Mastiches,

Cardamomi ana 3 ij. Ligni aloës,

Caryophyllorū 3 ij. Macis, ana 3 j. β.

Zingiberis, Croci 3 ij.

Omnia præter crocum parum terantur,  
& nodulo ligata suspendantur, identidem  
eum fricando in ipso medicamēto donec  
crasseſ

erassescat. Tolle ab igne & aromatiza.

Moschi 3 j.

Trochisorum è Gallia mosch. 3 ij.

\*Ventriculum,hepar, & cætera viscera  
roborat,appetentiam excitat, concoctio-  
nem iunat,vomitum & lienteriā cohibet.

*Diacydonium purgans,Mesnae.*

R. Succi cydoniorum lib. iiij.

Mellis albi lib. ij.

Coque continenter despumando , donec  
manus non inficiat, quæ forma est miuæ  
simplicis vſitatæ:deinde iniice sequentia,  
Scammonij in malo cydonio correcti

3 j. β.

Galliaz bonæ,

Caryophyllorum,

Zingiberis,

Masticæ,

Piperis longi, Cinnamomi,

Nucis moschatæ ana 3 iiij.

Misce simul omnia.

\*Colico dolori, & aliis partiū nutritio-  
riarum morbis salubre est. Aut

R. Scammonij 3 v.

Turbith 3 xij.

\*Cholagogum erit simul & phlegma-  
gogum. Aut

Abiecto scammonio misce turbith 3.xxv.

Cartami 3 v.

\*phleg

\*Phlegmagogum solum erit.

\*Sunt & nonnulli qui cum aliis medicamentis purgantibus componant, pro Medici scopo, & necessitate.

## DE INFVISIS, ET DE COCTIS,

### Sectio secunda.

*Infusum seri lactis, seu aquæ casei, Mesuæ.*

**R**ecip. foliorum rosarum recentium,  
completarum, mundatarum ʒ. ij.

Rhabarbari electi ʒ. ij. Ĝ. xij.

Nardi indicæ ʒ. i. β.

Rhabarbarum, & rosæ minutim incidantur, aut terantur, spica inciditur: macerentur per noctem in seri lactis, præsertim caprini ℥. ij. Cola, leuiter expime, & propina.

\*Bilem flauam clementer educendo,  
sanguinem purgat.

*Infusum succi herbarum, Mesuæ.*

R. Succorum, intybi,

Lupuli,

Buglossi, siue boraginis, purgatorum ana ʒ. viiij.

Myrobalani flauæ ʒ. j.

Rhabarbari boni ʒ. iiij.

Tamar

Tamar Indorum ʒ j. β.

Pulpæ cassiæ solutiæ ʒ iiij.

Myrobalanus, & rhabarbarum teruntur,  
& per noctem in succis macerâtur, deinde  
manu cōpressum colatur, & propinatur.

\*Idem quod præcedens præstat.

*Infusum Hieræ, Mesuæ.*

Rz. Hieræ s.

Aloës ana ʒ v.

Macera decocto eupatorij infrà descripto  
ad lib i.

In vase vitro, insola dies decem.

\*Ventriculum & caput purgat, proinde  
amborum doloribus assiduis & hemicra-  
niæ confert, ac febribus antiquis.

Macerantur etiam decocto epithymi; &  
thymi.

\*Sic purgat humorem crassum & me-  
lancholicum; & phlegmagogum est.

*Infusum rosarum, & violarum, Mesuæ; In-  
lepis rosato & violato, syrups item rosato & vio-  
lato solutiæ consciendis aptum.*

Rz. Rosarum completarum, repurgata-  
rum lib vi.

Aquæ puræ lib xv.

Ponantur rosæ in vrceo angusti oris, dein  
infunde aquam calidam, macerentur per  
horas octo, obstructo fistulis orificio, ex-  
prime

prime leuiter, & cola infusionem abiectis  
rosis: iterum inde recentes rosas, & infu-  
sum excolatum calefac & infunde rosis,  
macerentur &c. vt suprà: idem fac tertio.  
Erit vsui in iulep' rosato confiendo.

Syrupo verò rosato solutuo componen-  
do, codem modo, septimo, & nono iterabi-  
tur infusum: & vrceo angusti oris imposi-  
tum, insolabitur dies quadraginta ali-  
quantulo oleo superinfuso.

Similiter fit infusum violarum, ad iulep'  
violatum, & syrumpum violatum laxatiuū.

*Decoctum adianti seu capillorum*

*Veneris, Mesuæ.*

Rz. Adianti veri recentis ʒ i. β.

Summitatum fumaræ,

Summitatum lupuli,

Violarum siccaram ana ʒ i.

Pruna hispanica aut damascena xl.

Zizypha, x. iuiubas. xx.

Coque libris tribus aquæ lento igni, ad  
duarum librarum consumptionem.

Infunde tādē pulpæ cassiæ solutiæ ʒ iiij.

Tamar Indorum ʒ ij.

Mannæ ʒ j.

Rhabarbari boni ʒ iiij.

Frigidum manibus frica, cola, & propina.

\*Sanguinē purgat, clarūmq; reddit, ar-  
dorēmq; ipsius ac flauæ bilis compescit.

*Aqua*

*Aqua fructuum, Mesua.*

Rx. Pruna xl.

Sebesten, siue myxa,

Iuiubas ana xxx.

Tamar Indorum ʒ ij.

Cassia recens extractæ ʒ iiij.

Mannæ ʒ j.

Macerentur fructus in aquæ fū iiij. deinde adde cassiam, tamar Indos, &amp; mannum, fiat ut suprà.

\*Sanguinis &amp; bilis flauæ feruorem reprimit, sanguinem clarum reddit, &amp; billem clementer educit.

*Decoctum fumariae, Mesua.*

Rx. Succorum cichorij,

Intybi, siue endiuixæ,

Lupuli,

Boraginis ana ʒ iiii.

Succi fumariae ʒ viii.

Quibus coctis, &amp; purgatis adde

Myrobalanorū flauarū indarū ana ʒ ij.

Passarum purgatarum ʒ j.

Tamar indorum ʒ iij.

Frica, cola, &amp; serua.

\*Sanguinem bile flaua &amp; adustis humoribus purgat, hepatis obstruktiones aperit, ac inde natum icterum sanat.

*Decoctum Thymi, Mesua.*

Rx. Thymi.

Cassuthæ,

Hyssopi

Hysopi ana ʒ i.  
Passarum purgatarum ʒ iiiij.  
Myrobalani emblicarum cepularum  
ana ʒ j.

Turbith ʒ iiiij.

Stœchados.

Polypodij ana ʒ v.

Eupatorij Mesuæ

Absinthij, Anisi,

Dauci ana ʒ iiij.

Radicum  $\{\$  fœniculi ana ʒ viij.  
Coque omnia in libris tribus aquæ, ad li-  
brarum duarum consumptionem, cola:  
colato adde

Turbith,

Agarici, ana ʒ j.

Zingiberis ʒ β.

Macerari noctem sine, postridie colla, &  
vtere.

\*Phlegmagogum est, ob id senibus, &  
aliter pituitosis falubre, ventriculum fir-  
mat, coctionem iuuat, flatus à visceribus,  
& hypochondriis dissoluit.

*Decoctum Epithymi, Mesuæ.*

Rz. Myrobalanorum indarum,

Stœchadis, Epithymi,

Passarum purgatarum ana ʒ j.

Myrobalanorum cepularum,

Sum

Summitatum fumariæ ana ʒ iiiij.

Folliculorum senæ ʒ viij.

Polypodij ʒ vj.

Turbith ʒ iiiij.

Eupatorij ʒ v.

Omnia præter epithymum coquantur in  
seri caprini libris tribus, ad duarum libra  
rum consumptionē: tunc adde epithymū,  
& semel feruefac, tolle ab igne & adde.

Hellebori nigri ʒ j.

Agarici ʒ β.

Salis indi ʒ j. β.

Frica, cola, vtere.

\*Bilem atram vacuat, ob id affectibus  
melancholicis, vt cancro, elephantiasi, &  
cæteris confert.

*Decoctum Myrobalanorum, Mesuæ.*

Rz. Myrobal. flauarum,

Cepularum,

Indarum ana ʒ j.

Tamar indorum ʒ j. β.

Comarum fumariæ ʒ viij.

Absinthij ʒ ij. Pruna xxx.

Passarum purgatarum ʒ j.

Coque in libris tribus aquæ, ad duarum  
librarum consumptionem: cùm imbecil-  
lum voles medicamentum, reliquæ libræ  
dimidio adde pulpæ cassiæ ʒ ij.  
cùm autem valentius,

K Pulpæ

Pulpæ cassiæ ʒ j. Turbith,  
 Agarici ana ʒ β. Frica,cola.  
 Præstantius fiet si in sero lactis caprini  
 coquantur.

\*Bilem vtramque, & pituitam purgat.

*Decoctum stœchados, Mesuæ.*

Rz. Stœchadis,  
 Origani cretici ana ʒ iiiij.  
 Seminum,apij,  
 Fœniculi,  
 Eupatorij Mesuæ ana ʒ iiij.  
 Schœnathi,  
 Hyssopi ana ʒ ij.  
 Passarum purgatarum ʒ viij.  
 Turbith ʒ iiiij.  
 Coque vt suprà, & vtere.

\*Confert pituitosis affectibus, vt febri-  
 bus quotidianis, iuncturarum & neruo-  
 rum dolori, & frigidæ intemperiei.

*Decoctum Eupatorij, Mesuæ.*

Rz. Eupatorij,  
 Absinthij,  
 Asari,  
 Nardi indicæ,  
 Adianti, hoc est capil. ven.  
 Ciperi,  
 Rhabarbari,  
 Comarum fumariae ana ʒ iiiij.  
 Bedeguar,

*Secacul*

Secacul ana 3 iiiij.  
 Myrobalanorum cepularum  
 Indarum ana 3 viij.  
 Passarum purgatarum 3 j.  
 Coque & vtere.

\*Hepatis & lienis obstructionem, &  
 inde nascentes dolores & febres compo-  
 sitas iuuat.

*Decoctum Magistrale commune, ad Me-  
 dicamenta maceranda.*

Rz. Pruna xij.  
 Sebesten x. Passarum 3 j.  
 Hordei decorticati 3 β.  
 Glycyrrhizæ repurgatae Violarum,  
 Folliculorum senæ, Polypodij,  
 Epithymi, Cartami,  
 Anisi, Dauci,  
 Cinnamomi ana 3 ij.  
 Coque in aquæ communis lib. ij. donec  
 dimidium absolumatur, colla, & vtere.

*Decoctum Magistrale refrigerans.*

Rz. Pruna xij.  
 Tamarindorum,  
 Passarum ana 3 β.  
 Hordei mundati 3 j. Violarum,  
 Seminum communium maiorum ana 3 ij.  
 Coque in libris duabus aquæ, ut suprà.

*Decoctum cordiale.*

Rz. Pruna xij. K z Passa

Passarum  $\frac{3}{2}$  j.

Sebesten xvij.

Iuiubas x.

Florum  $\begin{cases} \text{boraginis}, \\ \text{buglossi}, \end{cases}$

Violarum,

Melissophyli,

Capillorum veneris ana M.  $\beta$ .

Seminis basilici,

Glycyrrhizæ,

Dauci ana  $\frac{3}{2}$  ij.

Coque ut suprà.

Decoctum verò cordiale refrigerans  
fit additis seminibus communibus, iisque  
seminibus quæ decoctum refrigerans su-  
prà descriptum ingrediuntur.

*Decoctum Cephalicum calfaciens.*

R. Stœchadis,

Betonicæ,

Saluiæ ana M.  $\beta$ .

Radicum pœoniæ  $\frac{3}{2}$  ij.

Passarum  $\frac{3}{2}$  j.

Glycyrrhizæ,

Anisi,

Dauci ana  $\frac{3}{2}$  iiij.

Nucis moschatæ  $\frac{3}{2}$   $\beta$ .

Coque ut suprà.

Cùm mitigare voles, addes

Hordei purgati  $\frac{3}{2}$  j.

Tamar

Tamarindorum  $\frac{3}{2}$   $\beta$ .

Seminum cōmunitum maiorum ana  $\frac{3}{2}$  ij.

*Decoctum Pectorale.*

Rz. passarum  $\frac{3}{2}$  j.

Sebesten,

Iuiubas ana xv.

Dactylos vj.

Hordei purgati  $\frac{3}{2}$  j.

Glycyrrhizæ  $\frac{3}{2}$   $\beta$ .

Adianti M.  $\beta$ .

Hyslopi  $\frac{3}{2}$  ij.

Coque ut supra.

*Decoctum flatus pellens. seu Carminati-*  
*num ut vocant.*

Rz. Anisi.

Dauci, Cymini,

Fœniculi ana  $\frac{3}{2}$  iij.

Glycyrrhizæ  $\frac{3}{2}$   $\beta$ .

Florum chamæmeli M.  $\beta$ .

Passarum  $\frac{3}{2}$  j.  $\beta$ .

Coque ut dictum est.

DE SAPIIS SEV ROB, IV-

LEPIS, ET SYRVPIS,

Sectio tertia.

*Diamoron Galeni.*

R Ecip.succi mororū domesticorū libv.

Mellis lib j.

K  $\frac{3}{2}$  Clari

Clarificatur primū succus, dein vñā cū  
melle coquitur ad iustum consistentiam,  
& seruatur in vsum.

Fit etiam ē succo mororum batinorum.

Diamoron compositum, Galeni præter  
suprà dicta, recipit

Myrrhæ

Croci ana ʒ j. β.

Omphacijs, agrestam vocant, ʒ j.

Coquitur omphacium cum succo & mel  
le: myrrha verò & crocum sub finem im-  
mittuntur, cùm scilicet ab igne medica-  
mentum tollitur.

\*Cótra depascentia oris vlcera, ad den-  
tium affectus, & gingiuarum noxas vtilia  
sunt, atque ad omnia oris vitia.

Diamoron vfitatum Nicolai.

R. Succi mororum batinorum ℔ j.

Succi mororum domesticorum ℔ β.

Mellis ℔ β. Sapæ ʒ iiij.

Coquuntur lento igne, ad mellis spissitu-  
dinem, serua.

\*Idem quod superiora præstat.

Diarhœon, Galeni.

R. Succi malorum granatorum, acidorū,  
dulcium, &

acidodulcium ana ℔ β.

Mellis ℔ j.

Coquitur succus ad mellis cōsistentiam,  
deinde

deinde addito melle iterum coquitur & seruatur.

Intemperiem calidam tollit, vomitum compescit & alui fluorem, & ventriculum roborat.

*Diacaryon Galeni, tale est & Mesua.*

R. Succi corticum v iridium iugladium, diebus canicularibus extracti   lb   iiij. Mellis   lb   ij. Coque ut suprà. Aliqui sumunt mellis partē vnam, syrupi rosati partem vnam, & balauitia addunt, aliáque simplicia pro rei necessitate.

\*Destillationi tenuium & acrīum humorū à capite, & phlegmonem excitantium, confert.

*Iulepum rosatum Mesua, quod & syrupus rosarum recens.*

R. Aquæ, in qua rosæ tertio sunt maceratae,   lb   v.

Sacchari   lb   iiij.

Coquuntur lento igne ut suprà.

\*Febricitantium acutè sítim inexpletam sedat, ventriculi, cordis, & iecoris aestum mitigat.

Eodem modo fit iulepum ex infusionibus violarum; Componitur etiam vtrunque ex aqua stillatitia, & succo rosarum & violarum: exempli gratia.

Sumuntur rosarū aut violarū aquæ stillæ

K 4 titiæ,

titiæ, aut succi ℥ iiij.

Sacchari ℥ ij.

Coquuntur ut suprà.

Eadem ratione compositum est Rhodo-  
stacton Pauli è melle & succo rosarum.

*Hydromelum Pauli,*

R. Succi malorum cydoniorum ℥ iiiij.

Mellis ℥ vj.

Aquaæ ℥ viiij.

Coque in modum iulepi.

\*Aduersus alui profluua biliosa valet,  
ventriculū firmat, & ventriculū cohibet.

*Hydromelon aliud Pauli.*

R. Malorum cydoniorū pugatorum con-  
cisorum ℥ v.

Aquaæ fontanæ ℥ xiiij.

Coquito donec flaccida fiant, cola, & ad  
ipsam aquam mellis despumati tantun-  
dem admisceto, rursusque coquito donec  
octaua pars fuerit consumpta.

\*Idem potest quod præcedens.

*Hydrorosatum Pauli.*

R. Rosarum ablatis vnguibus, siue purga-  
tarum ℥ iiiij.

Aquaæ ℥ viiij.

Mellis ℥ vj.

Coque despumans in iulepi modum, cola,  
& serua.

Sitic

\*Siticulosis in febre ardēte, & exolutis  
ac stomacho male habentibus conuenit.

*Apomeli ex Philagrio, D. Pauli.*

R<sup>z</sup>. Fauorum melle plenorum alborum  
lib. j.

Aqua fontanæ lib. iiiij. β.

Mei expressum in fistili coquito, donec  
spuma & quod velut cerosum supernatat  
ablatum fuerit, tūc diligenter vasis bene  
obturatis reponito.

\*Sputum educit, mouet vrinas, aluum  
emollit, & humores attenuat.

*Aqua mulsa.*

R<sup>z</sup>. Mellis lib. j.

Aqua pluuiæ lib. viiij.

Coque lento igne, donec amplius nō sru-  
met, vtere.

Augetur quandoque mellis quantitas, &  
decoquitur ad iulepi consistentiam, nem  
pē quando à Medico præscribitur, aut  
quod ita illi visum est, aut quod diutius  
seruanda sit: & aromatizatur cinnamo-  
mo, foliis saluiae, & similibus, prout vſus  
postulat.

\*Affectus frigidos cerebri, neruorum,  
& iuncturarum iuuat, sitim sedat, puris &  
pituitæ crassæ expectorationem promo-  
uet, colicis prodest, & calculum in mea-  
tibus vrinæ gigni prohibet.

K 5      *Aqua*

Aqua pectoralis fit his additis quæ decoctum pectorale suprà descriptum ingrediuntur.

*Oxymeli simplex Galeni.*

Ry. Mellis despumati  $\frac{fl}{b}$  ij.

Aceti albi  $\frac{fl}{b}$  j.

Coquuntur donec qualitates aceti & melis probè permistæ sint hoc est ad quartam partem.

Mesues addit

Aqua fontanæ  $\frac{fl}{b}$  j.

Coquítque ad dimidias.

Fit etiā acetosius, aut minus acetosum, pro eius palato cui præscriptum est.

Fit etiam oxymeli imbecillius addita aqua, ab Arabibus secheniabin nuncupatum, hoc modo.

Mellis  $\frac{fl}{b}$  ij.

Aqua fontanæ  $\frac{fl}{b}$  iiiij.

Coquuntur simul donec probè despuma-  
ta sint; deinde addita Aceti  $\frac{fl}{b}$  j.  
Iterum coquuntur, donec eorum qualita-  
tes planè vnitæ fuerint.

Interdum mel, aqua, & acetum eodem  
momento permiscentur, decoquunturq;  
ad quartam, aut tertiam partem.

\*Humores crassos, lētos, ac pituitosos  
incidit, exenuat, & abstergit, obstruc-  
tiones aufert, sputum educit, & sitim sedat.

*Oxym*

*Oxymeli compositum.*

**R.** Corticum radicum eleoselini, ( apium vulgare intelligit )

Fœniculi,

Petroselini,

Asparagi,

Rusci ana ʒ iiij.

Seminis apij vulgaris

Fœniculi ana ʒ j.

Aqua ℔ xij.

Coque donec dimidium adsumatur, Colaturaæ adde

Mellis despumati ℔ iiij.

Aceti ℔ j.

Rursus coquito ad tertias.

\*Humores crassos & pituitosos incidit, & extergit : ob id rectoris, lienis, & renum obstruktiones tollit: vrinam mouet, sudoremque euocat.

*Oxymeli scilliticum Mesua.*

**R.** Mellis despumati ℔ iiij.

Aceti scillitici ℔ iiij.

Coquuntur ut prædicta.

\*Humores crassos, lētos frigidos eradicatū difficiles extenuat, incidit & abstergit, ideoq; ad ciendū vomitum efficax, ructū acidū sanat, & vrinæ incontinentiam.

Oxymeli scilliticum compositum , fit vtoxymeli compositum.

Acetum

*Acetum scylliticum Mesuæ, quale  
est & Galeni.*

R<sup>z</sup>. Scillæ candidæ, mediæ magnitudinis,  
laminas inter corticē & cor medias, acu  
ligneæ filo traiectas tanto interuallo ne  
se contingent, siccabis in umbra dies 40.  
postea concisam cultello ligneo, lib  
vñā insolabis in acetū boni lib viij. in vase  
vitrato angusti oris, bene obstruto, dies  
alios 40. caniculares, postea frica, & cola.

Nicolaus scillæ sumit pane inuolutæ,  
& in clibano coctæ lib j. β.  
Aceti acerimi lib viij.  
& in vase vitrato per dies 40. insolat.

\*Efficacissimū est ad cerebri affectus  
frigidos, & curatu contumaces, epilepsia  
& vertiginem: gingiuas laxas, & putresce  
tes sanat, dentes confirmat, oris odorem  
cōmendat fœtore illius dissipato: partes  
respiratorias iuuat & expurgat, & guttur  
roborat, ob id vocem clariorem efficit.  
Datur stomachicis, ægrè cibū concoquē  
tibus, concoctionem enim iuuat, hepar  
& lienem expurgat eorūmque dolorem  
ieuat. Intestinorum & vesicæ retētricem  
vim firmat, vuluarum strangulationibus  
& iuncturarum affectibus prodest. Admo  
dum imbecillos recreat, corpus sanū red  
dit, bonūmque colorem conciliat.

Syrup

*Syrupus acetatus simplex Mesue.*

R<sup>2</sup>. Aceti potentis ℥ iiij.

Sacchari aqua secūdum artem clarificati  
℥ v.

Coquito in vase lapideo aut figulino be-  
ne cocto vitrato & fit Syrupus.

\*Affectibus biliosis, febribus maximè  
auxiliatur, quia bilem tenuitate & calidi-  
tate furiosam frangit & extinguit: humo-  
res autem crassos tenuat, incidit, obstruc-  
tiones aperit, vrinas mouet ac sudores.

*Syrupus acetatus cum radicibus Mesue.*

R<sup>2</sup>. Aquæ fontanæ ℥ x.

Radicum apij,

Fœniculi,

Intybi seu endiuixæ ana ȝ iiij.

Seminum apij.

Fœniculi,

Anisi ana,

Endiuixæ ana ȝ j.

Coquantur lento igne ad dimidias, Cola-  
turæ adde

Sacchari repurgati ℥ iiij.

Aceti albi ℥ ij.

Coquito in syrupi consistentiam.

Fit etiam sine aceto.

\*Bilem crassam & auulsu difficultem ac  
pituitam incidit, terget, obstructiones he-  
patis, lienis, & renum aperit.

Syrup

*syrupus de quinque radicibus.*

Radicum apij,

Fœniculi,

Petroselini,

Rusci,

Asparagi ana 3 ij.

Aquæ fontanæ lb vj.

Coque ad tertię partis consumptionem:  
expressum coquitur cū sacchari lb iiij.  
addendo ad finem aceti albi 3 viii.

\*Prædicto efficacior, ad syrupi Bizantini vires proximè accedens.

*syrupus acetatus diarhodon Mesue.*

Radicum intybi,

Apjj,

Lupuli ana lb ij. β.

Radicum intybi,

Apjj,

Fœniculi ana 3 ij.

Rosarum siccaram 3 j.

Glycyrrhizæ 3 β.

Nardi indicæ 3 ij. β.

Seminum anisi,

Fœniculi,

Apjj ana 3 viij.

Macerata in aquæ lb vj. coque ad duarū  
partium consumptionem, deinde cum  
Sacchari lb iiij.

Aceti lb ij. Fiat syrupus.

Ad

\*Ad febres complexas, & eas quæ formam corporis corruptunt utiles est, obstrunctiones hepatis & lienis aperit.

*Oxy sacchara simplex Nicolai.*

Rz. Sacchari albi lib. j.

Succi malorum granatorum acidorum 3. viij.

Aceti 3. iiii.

Coquuntur ad iustam consistentiam.

Nonnulli, aceti loco, vinum malorum granatorum sumunt.

\*Confert ad febres tertianas, tertianas duplices, ardentes & hecticas.

*Oxy sacchara composita Nicolai.*

Rz. Adianti sive capillorum veneris

Phyllitidis, sive linguæ ceruinæ,

Ceterach, id est aspleni,

Polytrichi,

Hepaticæ,

Violarum,

Radicum fœniculi,

Rusci,

Asparagi,

Graminis ana lib. j.

In vino sive succo malorum granatorum omnia triduum macerato, deinde percoquito, forti expressioni addito sacchari quod satis est. Coquito secundum artem.

\*Concalefacta corpora potum iuuat, longis febribus quas sanguis aut bilis creauit,

creauit, & calori iecoris auxilio est, & lie  
nis obstrukciones tollit.

*Syrupus acetositatis citri Mesiae.*

R<sup>z</sup>. Succi citriorum acidi   lb   vj.  
Sacchari   lb   iiij.

Coquantur secundum artem.

\*Aestum ac feroorem bilis flauæ, fe-  
briūmq; ardentium, & pestilentiale mili-  
tigat, sitim quoq; vehementē restinguit,  
ebrietati resistit, vertiginēmq; iuuat.

*Syrupus acetositatis limonum.*

R<sup>z</sup>. Succi acidī limonū matūrorum tran-  
scolati   lb   vj.

Sacchari albi   lb   iiij.

Coque ut artis est.

\*Præcedente magis refrigerat & pene-  
trat, Cor & stomachum roborat, putrefac-  
tioni resistit, & spiritus resolui prohibet.

*Syrupus Bisantinus simplex Mesiae.*

R<sup>z</sup>. Succorum endiuixæ,

Apij, ana   lb   ij. Boraginis,

Succorum lupuli, Buglossi ana   lb   j.

Feruefiant semel, purgentur

eius succi clarificati   lb   iiij.

Sacchari albi   lb   ij. β.

Coquito lento igne, & fiat syrupus.

Interdum ad singulas succi clarificati  
libras, aceti   ȝ   vj. adduntur.

\*Compositus fit hunc in modum.

Addunt

Adduntur prædictis

Rosarum aridarum ʒ ij.

Glycyrrhizæ ʒ β.

Nardi indicæ ʒ ij.

Seminum anisi,

Apij, Fœniculi ana ʒ iiiij.

Bulliant cum prædictis succis, Colaturæ  
adde saccharum,

\* Humores crassos & lentos incidit at-  
que extenuat, obstrukiones aufert, mor-  
bōq; regio succurrit. Compositus ad hæc  
omnia efficacior est.

*Syrupus rosatus solutius.*

Rz. infusionis rosarum secundum artem  
nonūm iteratæ lib. x.

Sacchari tantudem.

Coquuntur in syrapi consistentiam.

Nonnulli cum melle conficiunt.

\* Bilem purgat.

*Syrupus rosatus è rosis siccis.*

Rz. infusionis rosarum aridarum,

Sacchari albi ana lib. ij.

Percoquuntur secundum artem ad syru-  
pi consistentiam.

\* In febribus calorem extinguit; ob id  
sitim quoq; sedat, & ventriculū roborat.

*Syrupus violatus solutius.*

Rz. infusionis violarum nonūm iteratæ,

Sacchari clarificati ana lib. v.

L

Coq

Coquuntur lento igne ad syrapi consistentiam.

\* Ad eadem efficax ad quæ rosatus solutius.

*syrupus è succo violarum.*

R. succi violarū in mortario marmoreo contusarum depurati lib. iiiij.

Sacchari clarificati tantundem.

Coquuntur lento igne ad iustum crassitudinem.

\* Bilis acrimoniam frangit, ac thoracis vitiis calidis confert.

*syrupus violatus Mefue.*

R. Violarum ℥ ij.

Seminura cydoniorum &

Maluæ ana ℥ j. Iuiubas

Sebesten ana xx.

Cum aquæ cucurbitæ lib. vij.

Coque ad tertiam partem, & addita

Sacchari lib. i. β.

Fiat syrup. secundum artem.

\* Pleuritidi & tussi à causa calida pdest.

*syrupus Endiuæ simplex.*

R. succi endiuæ clarificati & depurati

lib. vij.

Sacchari optimi libras totidem.

Coque lento igne in formam syrupi.

\* Valet ad immodicum calorem hepatis, aliorumq; membrorū nutritiorum:

in

in morbo lateralī maximē conuenit.

Syrupus ē cichorio codem modo fit  
quo endiuīæ, similiter & syrupus ē fuma-  
ria, reliquique syrapi simplices ex succis  
herbarum compositi, ut superiori libro  
dictum est cap. de Syrupis.

*Syrupus Endiuīæ compositus.*

R. Endiuīæ recentis,

Boraginis,

Scariolæ,

Hepaticæ,

Buglossæ,

Melissæ,

Eupatorij ana M j.

Seminum frigid. maiorum ana 3 j.

Sandalorum albi, rubri ana 3 j.

Florum cordialium ana 3 iiij.

Coquantur secundum artem in aqua, co-  
la, & colaturæ adde

Succi endiuīæ depurati lib v.

Vini granatorum 3 iiij.

Sacchari albi lib iiij.

Fiat Syrupus secundum artem.

\* Alia exemplaria habent succi endiuīæ depurati lib j.

*Alius Syrupus Endiuīæ compositus, Gen-*  
*tilis; qui in usu est.*

R. succi endiuīæ,

L 2 Succi

Succi hepaticæ ana ℥ iiij.  
 Clarificatis ad ignem, adduntur  
 Violarum,  
 Rosarum rubratum,  
 Florum nymphæ,  
 Lenticulæ aquatice,  
 Trichomanis, vulgo polytrichi ana  
 ȝ. β.  
 Capill. Veneris, hoc est adianti,  
 Hordei mundati,  
 Seminum frigidorū maiorum ana ȝ. j.  
 Contusa & horas xij. in dictis succis ma-  
 cerata coquuntur, & colaturæ adduntur  
 Sacchari albi ℥ iiij.  
 Fiat syrpus: & aromatizetur cum  
 Santalorum { rubrorum,  
 { alborum,  
 Berberis,  
 Seminum cydoniorum,  
 Ligni aloës,  
 Cinnamomi,  
 Corticum citri ana ȝ. j.  
 Tunde & aromatiza secundum artem.

\*Valet vterq; syrpus compositus endi-  
 uiæ ad immodicum iecoris, cordis & alio-  
 rum nutritioni seruentium instrumento-  
 rum calorem, in summa ad omnem cali-  
 dam intemperiæ. Soluit obstrukções &  
 partes à calore debilitatas roborat.

syrup

*Syrupus de Cichorio compositus Ni-*  
*colai Florentini.*

R. intybi seu endiuiaæ domesticae & syl-  
 uestris.

Cichorij,	Glycyrrhizæ,
Taraxacō añ M. ij.	Capillotū Veneris,
Cicerbitæ,	Ceterach,i.aspleni,
Hepaticæ,	Adianthi,
Lactucæ,	Polytrichi,
Scarioiolæ,	Cuscuthæ añ 3 vj.
Fumariæ,	Radicum foeniculi.
Lupuli ana M. j.	Apij,
Hordei 3 ij.	Asparagi añ 3 ij.
Vesicariæ,id est,alkekangi,	
Coquuntur in sufficienti aqua & percolen- tur,& cum saccharo albo fiat syrupus:pro singulis libris inter coquendum adde	
Rhabarbari electi 3 iiiij.	
Spicæ nardi 3 iiiij.	

Tunduntur & in nodulo ligata suspendū-  
 tur in vase in quo syrupus iam coctus re-  
 seruatur,ac ibi relinquuntur.

\*Confert aduersus omnem materiam  
 venenatam,& in febre pestilentiali.Cor-  
 roborat cor,& instrumenta nutritioni fa-  
 mulantia,expurgat per vrinas & aluum,  
 excitat appetitiam,& somnum inducit.

*Syrupus è fumaria compositus Mesue.*

R. Myrobalanorum flauarum,

L 3 Cepu

Cepularum ana ʒ ij. β.

Florum boraginis,

Buglossæ,

Violarum, Absinthij,

Cassuthæ ana ʒ j.

Glycyrrhizæ,

Rosarum rubrarum ana ʒ β.

Epithymi,

Polypodij ana ʒ vij.

Pruna C.

Vuarum passarum purgatarum ℔ β.

Tamarindorum,

Pulpæ cassiaæ ana ʒ ij.

Aquæ communis ℔ x.

Omnia præter cassiam & tamarindos len  
to igne percoquuntur secundum artem,  
& colantur: in colatura dissoluuntur ip-  
sa cassia & tamarindi; deinde additis

Succi fumariæ depurati,

Sacchari albi ana ℔ iiij.

Rursus coquuntur in formam syrapi.

\*Ventriculum & hepar roborat, obstru-  
ctiones aperit, cutis morbos, præcipue ab  
humore falso vel vsto natos, ut psoram  
lepram impetiginem, serpiginem curat.

*syrupus de Lupulo.*

Rz. succi lupuli depurati ℔ iiij.

Sacchari ℔ vij.

Succi

Succi fumariae depurati ℥ iiij.

Fiat syrups secundum artem.

\*Refrigerat, & collectionum impetus  
lenit, bilem ictero laborantibus detrahit,  
pituitam in hydrope per aluum exigit.

*Syrups myrtinus simplex Mesue.*

R. succi baccarū myrti depurati ℥ viii.

Sacchari clarificati ℥ iiiij.

Fiat Syrupus secundum artem.

\*Ventriculū & viscera alia roborat, ob  
id fluorem alui antiquatum fistit & fistula  
mitigat.

*Syrups myrtinus compositus.*

R. Baccarum myrti 3 xx.

Santali albi,

Sumach, id est, Rhois,

Balaustiorum,

Berberis ana 3 xv.

Mespilorum 3 l.

Aqua fontis ℥ viij.

Omnia coque ad medietatē, cola, colato  
adde

Succi granatorum,

Succi cydoniorum ana ℥ β.

Sacchari ℥ iiij. & confice syrups.

\*Profluuum ventris etiam diurnum  
fistit, & sanguinis excretionem cohabet.

*Syrups è Iuiubis Mesue.*

R. Iuiubas nu. ix. Violarum,

L 4 Semini

Seminis maluæ ana 3 v.  
 Capillorum Veneris,  
 Hordei mundati,  
 Glycyrrhizæ ana 3 j.  
 Seminum cydoniorum,  
 Papaueris albi,  
 Melonis,  
 Laetucæ,  
 Tragacanthi ana 3 iij.  
 Coquantur in aquæ fontanæ sufficienti  
 quantitate, & cū sacchari lib. duabus fiat  
 syrpus.

\*Confert raucitati, tussi & pleuritidi.

*syrpus è Glycyrrhiza Mæsaæ.*

Rq. Glycyrrhizæ 3 ij.

Capillorum Veneris 3 j.  
 Hyssopi 3 β.  
 Aquæ pluviæ lb. iiiij.  
 Macerentur horis xxiiij.  
 Coque ad dimidias, colaturæ adde  
 Mellis despumati,  
 Sacchari clarificati,  
 Penidiorum alborum ana 3 viij.  
 Aquæ rosarum 3 vj.  
 Fiat syrpus secundum artem.

\*Thoracē & pulmonē expurgat, ideoq;  
 diuturnæ tussi, & pleuritidi auxiliatur.

*syrpus Capillorum Veneris simplex.*

Rq: Infusionis capillorum Veneris re-  
 cent

centum terfactæ secundum artem  $\text{flb}$  iiij.

Sacchari albi  $\text{flb}$  ij.

Coque, fiat syrpus.

*Syrpus Capill. Ven. compositus*

*Magistralis.*

Rz. Capill. Veneris  $\text{z}$  v.

Glycyrrhizæ rasæ  $\text{z}$  ij.

Macerentur in aqua horas xxiiij. deinde coque ad dimidij consumptionem : colaturæ adde

Sacchari clarificati, Penidiorum,

Aquæ capillorum Ven. ana  $\text{z}$  viij.

Coque, fiat syrpus.

\*Valent ad thoracis affectus calidos, & viscerum obstructions.

*Syrpus è corticibus citri.*

Rz. Corticum citri recentium  $\text{flb}$  j.

Chermes  $\text{z}$  ij.

Aquæ fontanæ  $\text{flb}$  x.

Coquuntur ad duarum tertiarū consumptiōē, & percolantur: colaturæ addūtur

Sacchari clarificati  $\text{flb}$  ij.  $\beta$ .

Fiat syrpus secundum artem, & aromatizetur cum moschi Orientalis  $\text{G}$  iiiij.

\*Cerebrum, cor, stomachum roborat, & oris grariam commendat.

*Syrpus de Mentha maior Mesuæ.*

Rz. Succi pirorum cydoniorum,

Struthiorum,

L s Gran

Granatorum dulcium,  
 Granatorum acidorum,  
 Granatorum mezorum ana ℥ j. f.  
 In quibus, horas 24. macera  
 Menthæ siccæ ℥ j. f.  
 Rosarum rubrarum ʒ ij.  
 Coque igni lento ad dimidias, & cola, co-  
 laturæ adde  
 Mellis, siue Sacchari ℥ ij.  
 Fiat syrpus ut artis est, & cum seponitur,  
 aromatiza  
 Galliæ moscharæ ʒ iii.  
 Nodulo ligatis & ex orificio vasis suspēsis  
     \*Ventriculum frigidum roborat, ob id  
     nauseam, vomitum, singultum, fluorem  
     alui sedat.

*syrpus de Mentha minor Mesue.*  
 Rx. Succi menthæ depurati,  
 Granatorum dulcium,  
 Granatorum acidorum ana ℥ j.  
 Sacchari, aut Mellis ℥ j.  
 Fiat syrpus secundum artem.  
 \*Eandē ferē cū superiore facultatē haberet.

*syrpus de Absinthio M.*  
 Rx. Absinthij Romani ℥ f.  
 Rosarum rubrarum ʒ ij.  
 Spicæ nardi ʒ iiij.  
 Vini albi, veteris, boni, odori,  
 Succi cydoniorum ana ℥ ij. f.

LXXX

Macer

Maceratur in vase vitrato per noctem  
vnam, deinde decoquantur ut artis est, co-  
latur adde

Mellis lib. ij. Fiat syrups.

\*Ventriculum & hepar roborat, ob id  
appetentiam excitat, retentricem vim fir-  
mat: contra regium morbū prodest, flatu-  
discutit, humorēsq; per vrinam pellit.

*Syrups de Calamintha eiusdem.*

R. Calaminthæ montanæ,  
Calaminthæ domesticæ ana ʒ ij.  
Seminum leuisticæ, Dauci,  
Schoenanthi ana ʒ v.  
Passarum purgatarum lib. β.  
Aqua quantum satis est,  
Mellis lib. ij.  
Fiat syrups.

\*Asthma, tussim antiquā, intemperiem  
viscerum frigidam, & splenicos iuuat.

*Alius eiusdem.*

R. Succi calaminthæ,  
Granatorum acidorum  
Vini albi odori ana lib. iiiij.  
Coque ad dimidias, & clarificato adde  
Sacchari albi lib. iiiij.  
Fiat syrups ut artis est, & aromatiza  
Galliae moschatæ ʒ ij.

\*Singultum, & vomitum à pituita vel  
bile flava crassa sedat.

*Syrup.*

*Syrupus de Epithymo Mesua.*

Rz. Epithymi ʒ xx.

Myrobalan.flauarum,indarū ana ʒ xv.

Cassuthæ,

Fumariæ ana ʒ x.

Thymi,

Buglossæ,

Calaminthæ,

Myrobal.emblicarum,bellericarum,

Glycyrrhizæ,

Polypodij,

Agarici.

Stœchadis ana ʒ vi.

Rosarum rubrarum,

Fœniculi,

Anisi ana ʒ ii. β.

Pruna nu. xx.

Passarum purgatarum ʒ iiiij.

Tamar indorum ʒ ii. β.

Aquæ quod satis est,

Bulliant secundum artem:colaturæ addc:

Sacchari ℥ iiiij.

Sapæ ℥ iiij.

Fiat syrupus.

\*Atram bilem, & alios humores v̄stos  
vacuat, ob id morbos ex his nascentes,  
elephantiam, cancrum, ulcera maligna,  
fistulosa, lepram pſaçam, præcauet, cu-  
rātque.

Syr

*Syrupus de Praſio Meſuae.*

- Rz. Marrubij, hoc eſt, prafij  $\frac{3}{2}$  ij.  
 Capillorum Veneris,  
 Hyſſopi,                    Calaminthæ,  
 Anisi ana 3 vj.  
 Radicum apij,  
 Fœniculi ana 3 v.  
 Seminum maluæ,        Fœnigræci,  
 Lini,                      Iridis ana 3 iij.  
 Seminum cydoniorum 3 ij.  
 Vuarum paſſarum purgatarum 3 ij.  
 Ficus paſſas pingues nu.xvj.  
 Penidiorum,  
 Mellis ana 1b ij.  
 Aquæ quod ſufficit,    Fiat ſyrupus.

\*Thoracem & pulmones expurgat piftuita crassa, lenta, putri; hinc asthmati, & antiquæ tuſſi prodeſt, quales affectus ſenibus & natura frigidis ſunt frequentes.

*Syrupus de Hyſſopo Meſuae.*

- Rz. Hyſſopi ſicci,  
 Radicum apij,  
 Fœniculi,  
 Petroſelini,  
 Glycyrrhizæ ana 3 x.  
 Hordei mundati 3 iij.  
 Seminum maluæ  
 Cydoniorum ana 3 iij.  
 Capillorum Ven. 3 vj.  
 Iuiubas,

Iuiubas,  
Sebesten ana nu. xxx.  
Passarum purgatarum 3 j. β.  
Ficus passas pingues,  
Dactylos pingues ana nu. x.  
Penidiorū alborū 1b ij. Fiat syrups.

\*Ad vitia thoracis & pulmonis efficax  
est, humorēsq; excreatu contumaces exte-  
nuat & educit.

*syrups de stœchade simplex.*

R. Florum stœchadis 3 xxx.  
Thymi,  
Calaminthæ,  
Origani ana 3 x.  
Anisi 3 vij.  
Passarum purgatarum 3 iiiij.  
Aquæ quod satis est.  
Coquantur secundum artem, & colaturæ  
adde  
Mellis 1b iiiij. β.  
Condiatur cum Cinnamomi,  
Calami aromatici,  
Zingiberis ana 3 j. β.  
Ligentur in sindone, & in syrupo suspen-  
dantur.

\*Iuuat omnes affectus frigidos cerebril  
& neruorum, vt paralysin, epilepsiam, cō-  
vulsionem, spasmodum cynicum, tremorem.

*syrups de stœchade compositus mesnae.*

R. Flo

R. Florum stœchadis 3 xxx.

Thymi,

Calaminthæ,

Origani ana 3 x.

Anisi,

Pyrethri ana 3 viij.

Piperis longi 3 iiij.

Zingiberis 3 iiij.

Passarum 3 iiiij.

Aquæ quod satis est,

Mellis lib v.

Fiat syrpus lento igni, deinde aromata  
subsequentia leuiter contusa, panno raro  
ligata in eo suspendes;

Cinnamomi,

Calami aromatici,

Spicæ nardi,

Croci, Zingiberis,

Piperis longi, & nigri ana 3 j. fl.

\*Idem quod præcedens efficit.

*syrpus de Nymphaea simplex Nicolai.*

Flores nymphæ, quot volles macerato,  
ac ter flores mutato, horum infusionis ac  
cipies lib iiiij.

Sacchari quod sufficit,

Fiat syrpus.

\*Bilis flauç feruorem extinguit, ideoq;  
mirificè ardentibus aliisq; febribus acu-  
tis auxiliatur. Somnum quoque conciliat.

*Syrpus*

*Syrupus de Nymphaea compositus Francisci Pedemontani.*

- R<sup>z</sup>. Florum nymphæ albae ʒ ij.  
 Florum nymphæ luteæ,  
 Semin. psyllij integræ,  
 Sem. acetosæ ana ʒ i.  
 Seminum cucurbitæ,  
 Citrulli, Cucumeris,  
 Melonum, Lactucæ ana ʒ. β.  
 Seminum endiuia domesticæ,  
 Endiuia sylvestris,  
 Portulacæ ana ʒ ij.  
 Radicum fœniculi ʒ j.  
 Coquuntur in aqua hordei sufficienti, &  
 colaturæ adduntur  
 Sacchari ℔ j.  
 Vini granatorum acidorum,  
 Aceti albi ana ʒ ij.  
 Fit syrupus, & aromatizatur cum  
 Santali citrini,  
 Spicæ nardi indicæ ana ʒ j. β.  
 \*Idem quod præcedens potest, estque  
 eo validius.
- Syrupus è papauere simplex Mesua.*
- R<sup>z</sup>. Capitum papaveris albi, & nigri re-  
 centium ana ʒ lx.  
 Aquæ pluviæ ℔ iiiij.  
 Coquantur ad consumptionem librarum  
 duarum & dimidiæ aquæ, & additis

Sac

Sacchari,

Penidiorum ana ʒ vi. Fiat syrups.

\*Aduersus catarrhum, & sitim prodest,  
somnūmque conciliat.

*syrups è papauere compositus Mesuæ.*

Rz. Papaueris albi, & nigri ana ʒ l.

Capillorum Veneris ʒ xv.

Glycyrrhizæ ʒ v.

Iuiubas num. xxx.

Seminum, lactucæ, Maluæ,

Cydoniorum ana ʒ xj.

Coque in libris quatuor aquæ ad dimidij

Consumptionem, & cum Sacchari,

Penidiorum ana ʒ viii.

Fiat syrups.

\*Valet ad russim sicciam, phthisim, ca-  
tarrhum calidum & acrem, somnūmque  
conciliat.

*syrpus de Eupatorio Mesuæ.*

Rz. Radicum fœniculi,

Apij,

Endiuiaæ ana ʒ ii.

Glycyrrhizæ, Schœnanthi,

Cuscuthæ, Absinthij,

Rosarum ana ʒ vi.

Capillorum Veneris,

Cardui benedicti,

Radicum cardui benedicti,

Florum buglossæ,

M Anisi,

Anisi,	Fœniculi,
Eupatorij ana 3	v.
Rhabarbari electi,	
Mastichis ana 3	ij.
Spicæ nardi,	Asari,
Foliij ana 3	ij.
Aquæ lib. viii.	
Succorum apij,	
Endiuiæ ana lib. ij.	
Sacchari lib. iiiij.	
Coquantur & fiat syrpus.	

\*Ventriculum & iecur roborat, ac frigidis iecoris vitiis, & eiusdem obstructiōnibus, aquæ inter cūtem incipient, maloq; corporis habitui succurrit. Humores crassos incidit & extenuat, vrinas, flatus dissipat, & hypochondriorum tensionem demolitur.

*syrpus è Polypodio compositus.*

R2. Polypodij quercini	3	x.
Melissæ,		
Buglossæ ana M.	β.	
Cyperi,		
Corticum radicis capparis,		
Acori,		
Asari ana 3	β.	
Senæ,		
Epithymi ana 3	ij.	
Seminum lactucæ,		

Endi

Endiuæ, Scariolæ ana 3 ij. s.  
Coquantur in aqua secundum artem, &  
colaturaæ adde

Rosati colati 1b ij. Fiat syrups.

\*Humotes crassos ac lentos digerit ac  
vacuat, bilem atram, & puritam crassam  
& lentam purgat etiam à iuncturis: Affe-  
ctibus ob id melancholicis prodest, ut  
quartanis, & splenis duritie i.

*Syrups de Pomis simplex Mesne.*

Rz. Succi pomorum dulcium, & acetoso-  
rum ana 1b v.

Coque ad dimidij consumptionem, & co-  
laturaæ adiunge

Sacchari clarificati 1b iiiij. Fiat syrups.

\*Cor imbecillum roboret, ob id eordis  
syncopen & tremorem sanat.

*Syrups de Pomis Saporis.*

Rz. Succorum boraginis,

Buglossæ ana 1b iiij.

Succi pomorum dulcium 1b iiiij.

Foliorum senæ 3 ij.

Croci 3 ij.

Maceretur sena in dictis succis horas  
xxiiij.

Coque & cola, colaturaæ adde

Sacchari 1b iiiij.

Fiat syrups, Crocum autem coqui debet,

M 2 ligatum

ligatum in panno lineo raro.

\*Efficacior est præcedenti.

*syrupus de Hermodactylis Nicolai.*

R. Quinque radicum ana ʒ j.

Seminum quatuor frigidorum maiorum

ana ʒ j. β.

Hyslopi,

Capillorum Veneris,

Ceterach id est, aspleni ana M. β.

Violagum,

Florū roris marini boraginis ana M. j. β.

Cyperi ʒ iij.

Camomillæ ʒ iij.

Passarum corinthiacarum ʒ i.

Senæ ʒ iij.

Hermodactylorum,

Cuscuthæ, ana ʒ β.

Anisi,

Fœniculi,

Carui ana ʒ iij. β.

Polypodij ʒ iiij.

Agariçi ʒ iij.

Coquâtur in aquæ lib. iij. & colatur adde

Sacchari lib. j. β.

Rosatum ʒ i.

Rhabarbari ʒ iiiij. β.

Turbith ʒ iiij.

Hæc tenuissimè trita, inque panno ligata

suspenses in syrupo cocto secundū artem.

ECLEG

ECLEG MATA, SEV  
LOCH.

Sectio quarta.

*Diacodion Galeni: hoc est Dia-*  
*dion simplex.*

**R**Ecip. capita papaveris albi, mediocri magnitudine, nec nimium viridibus, nec nimium maturis, num xx.

Aqua pluiae, aut fontanæ ℥ iiiij.  
Macerati viginti quatuor horas, post coque, donec capita contabuerint, colla & additis

Mellis ℥ ij. Coque in iusta consistentia.  
Fit etiam hodie cum saccharo.

\*Confert eis quibus ex capite ad pectus & ad pulmones subtiles catarrhi defluunt, & sunt causa tussis.

*Diacodion cum sapo.*

**R**eg. Decoctionis praedictæ ℥ iiij. notio Sapæ vini dulcis ℥ ij.  
Glycyrrhizæ ʒ ij.  
Coquitur in iustam consistentiam.

*Diatodion compositum.*

**R**eg. Capita papaveris flaccida num. x.  
Aqua pluiae ℥ j β.  
Coquantur ad tertias: Colatur & expressæ adde

**M 3 Sapæ**

Sapæ optimæ ʒ iij. Mellis ʒ. j.  
 Coquātur ad perfectionē, deinde addātur  
 Acaciæ,  
 Hypocistidis, Croci,  
 Balaustiorum ana ʒ j.  
 Confectionis ramich ʒ iiiij.  
 Misce, serua.

\*Præter simplicis facultates, sanguinis  
 reiectionem à v isceribus thoracis fistit,  
*Loch de Papauere Mesua.*

Rz. Papaveris albi ʒ xxv.  
 Amigdalarum dulcium depellatarum,  
 Nucleorum pinearum nucum,  
 Gummi Arabici,  
 Tragacanthi,  
 Succi glycyrrhizæ ana ʒ x.  
 Amyli,  
 Seminum portulacæ,  
 Lactucæ,  
 Cydoniorum ana ʒ iiiij.  
 Croci ʒ j.  
 Penidiorum alborum ʒ iiiij.  
 Omnia contundātur, & fiat loch secundū  
 artem cum syrapi papaveris ʒ iiij.  
 Syrupus autē papaverinus fit in hunc  
 modum.  
 Rz. Capitum papaveris albi,  
 & nigri recentium,  
 Seminum lactucæ, portulacæ,  
*Florum*

Florum violarum ana ʒ i.

Bulliant in aqua cu curbitæ

Fiat syrups cū Sacchari quod satis est.

\*Iuuat tuſſim, & gutturis asperitatem  
a catarrho calido, tenui (quem ſputum li-  
quidū indicat) eum enim coquit & craſ-  
ſat. Confert etiam febribus ardentibus,  
dolenti thoraci, pleuritidi.

*Loch de Psyllio.*

R2. Mucaginis psyllij secundum artem  
extractæ ʒ iiij.

Sacchari clarificati ℔ j.

Coquatur ſaccharum ſufficienter donec  
candidum fiat, deinde admixetur muci-  
lago, & tandem agitantur donec probè v-  
nita ſint & albescant.

Fit in hunc modum loch de ſemine lini,  
& alia huiusmodi eclegmata quæ muci-  
lagines recipiunt.

*Loch de Tuſſilagine ſimplex.*

R2. Radicum tuſſilaginis ℔ i.

Coquantur in aqua donec diſſolutæ ſint,  
Contunduntur & colātūr, deinde additis  
Mellis ℔ iiij.

Coquitur in iuſtam conſiſtentiam: &  
Eodem modo fit loch de althæa, baucia  
& ſimilia.

*Loch de Tuſſilagine compositum Magistrale,*

R2. Radicum tuſſilaginis ʒ vij.

M 4 Coquant

Coquantur in aqua, deinde contusis & dissolutis in ipsa decoctione, adduntur Sacchari  $\frac{1}{2}$  j.  $\beta.$

Igni adponuntur, & agitantur donec in commodam formam redigantur, adde Nucleorum pinearum denudatorū  $\frac{3}{4}$   $\beta.$   
Passarum pugatarum  $\frac{3}{4}$  ij.

Contusis in mortario lapideo, & permittis adde

Croci,

Caryophyllorum ana  $\frac{3}{4}$   $\beta.$

Succi glycyrrhizæ  $\frac{3}{4}$  iij.  $\beta.$

Cinnamomi, Macis ana  $\frac{3}{4}$  j.

Redigantur in puluerem tenuem, misce; fiat loch.

Diatragacanthum frigidum Nicolai.

Rz. tragacanthæ albæ  $\frac{3}{4}$  ij.

Gummi arabici  $\frac{3}{4}$  x.

Glycyrrhizæ,

Seminum cucurbitæ,

Citruli, Cucumeris,

Melonum mundatorum, ana  $\frac{3}{4}$   $\beta.$

Camphoræ  $\frac{3}{4}$   $\beta.$

Penidiorum  $\frac{3}{4}$  iij.

Amyli candidi  $\frac{3}{4}$   $\beta.$

Omnibus probè tuis & in puluerem re-dactis, cum

Satchari clarificati quod sufficit

Fiat loch.

Mede

\*Medetur omnibus pulmonum & thoracis vitiis aridis, maximè tabidis, macie confectis: inflammatione lateris laborantibus, tussi calidæ & siccæ, exasperationi linguae & faucium.

*Diatragacanthum calidum Nicolai.*

Rz. Tragacanthi,

Hysopii ana ʒ iiiij.

Nucleorum pinearum mundatorum,

Amygdalarum depollatarum, ana ʒ vi.

Seminis lini,

Fœnigræci,

Cinnamomi ana ʒ β.

Glycyrrhizæ rafæ,

Succi glycyrrhizæ,

Zingiberis ana ʒ iiij.

Sacchari albi quod Satis est

Fiat loch.

\*Valet tussiētibus ex frigido phlegmate, & non valentibus expuere, asthmaticis, empycis, anhelosis, suspitionis, peripneumonicis, phthisicis, ad omnempectoris coarctationem.

*Loch sanum & expertum, Mesua.*

Rz. Cinnamomi,

Hysopii,

Glycyrrhizæ ana ʒ β.

Iuiubas,

Sebesten ana num. xxx.

M 5 Vuar

Vuarum passarum,  
 Ficuum pinguium,  
 Dactylorum pinguium ana ȝ ij.  
 Fœnigræci ȝ v.  
 Capill.ven.M.j.  
 Anisi, Fœniculi,  
 Iridis, Calaminthæ,  
 Seminis lini ana ȝ β.  
 Coquantur in libris quatuor aquæ ad di-  
 midij consumptionem, Colaturæ bene  
 expræssæ adde  
 Penidiarum albarum ȝ ij.  
 Coquantur ad perfectionē, poste à insper-  
 ge subsequentia minutissimè trita.  
 Nucleorum pinearum mundatorum,  
 Amygdalarum mundatarum ana ȝ v.  
 Succi glycyrrhizæ,  
 Tragacanthi, Gummi Arabici,  
 Amyli candidi ana ȝ β.  
 Iridis ȝ ij.  
 Agitentur omnia simul in lebete donec  
 albescant.

\*Tusli vocisque asperitati à frigiditate  
natæ auxilio est. Crassos in thorace & pul-  
mone humores extenuat.

*Loch de Pino Mefue.*

R. Nucleorum pinearū mundatorū ȝ xxx.  
 Amygdalarum,  
 Auelianarum assatarum,  
 Tragac

Tragacanthi,  
Gummi Arabici,  
Succiglycyrrhizæ, Amyli,  
Capillorum ven. Iridis ana ʒ β.  
Carnis dactylorum ʒ xxxv.

Amygdalarum amararum ʒ iiij.

Mellis passularum, id est, Sapæ,

Butyri recentis,

Sacchari optimi ana ʒ iiiij.

Mellis optimi ʒ iiij. ʒ ij. Fiat loch.

\*Tussum diuturne, difficultati spiritus, &  
asthamati succurrit, humores in thorace  
craffos incidit, & extenuat.

*Loch Antipatri.*

R. Nucleorum pinearū mundatorū ʒ xiij.

Seminis lini assī ʒ ix.

Tragacanthi, Iridis ana ʒ xiij.

Carnis dactylorum ʒ xviiiij.

Amygdalarum dulcium ʒ xvij.

Dissoluatur tragacātha in aqua violarū,  
& reliquis contusis, cum melle quantum  
sufficit fiat loch secundum artem.

\*Earūdem fere virium cum superiori.

*Loch de Praſio Pauli.*

R. Comarum marrubij.

Iridis, Hyſſopi,

Pulegij, Glycyrrhizæ,

Seminis apij ana ʒ iiiij.

Ficuum passarum pinguium,

Nucle

Nucleorū pinearū mundatorū ana 3 vj.  
Macerata in aqua suffiente per noctem,  
decoquātur, & percolatis addatur mellis  
pars media. Coquatur ad perfectionem.

\*Tabescentibus maximè conuenit.

*Loch ex Erro Pauli.*

Rz. Amigdalarum amararum 3 β.  
Farinæ orobi,  
Hyssopi ana 3 j. Iridis 3 ij.  
Nucleorum pinearū mūdatorum 3 j.  
Mellis quod satis est Fiat loch.

*Diairüs simplex.*

Rz. Iridis 3 β. Sacchari cādi,  
Specierum diatragacanthi ana 3 ij.  
Sacchari quod satis est.  
Coque, fiat loch.

\*Præstat ferè idem quod sequens.

*Diairüs compositi Nicolai.*

Rz. Iridis 3 j.  
Pulegij, Hyssopi,  
Glycyrrhizæ ana 3 vi.  
Tragacanthi, Amygdalarum,  
Cinnamomi,  
Nucleorum pinearum,  
Zingiberis, Piperis nigri ana 3 iii.  
Caricatum, Carnis dactylorum,  
Passarum ana 3 iii. β.  
Styracis calamytæ 3 vii.  
Mellis albi 3 xxvij. Coque, fiat loch.  
Tussico

\*Tussiculosis, difficulter spiratibus auxiliatur, abscessæ vocis iacturam resarcit, quæ refrigeratione contractata sit.

*Diapenidion Nicolai.*

R. Penidiarum ʒ xvij. β.  
 Nucleorum pinearum mundatorum,  
 Amygdalarum mundatarum,  
 Seminis papaueris albi ana ʒ x.  
 Cinnamomi,  
 Caryophyllorum,  
 Zingiberis,  
 Succi glycyrrhizæ,  
 Tragacanthæ,  
 Gummi arabici,  
 Amyli, Seminum citrulli,  
 Melonis, Cucumeris,  
 Cucurbitæ ana ʒ j. β.  
 Camphoræ, G vij.  
 Syrupi violacei lb i. β.  
 Coque; fiat loch.

\*Valet aduersus omnem thoracis nostram, tussim à frigore contractam, vocis iacturam: tabidis denique, & purulenta excreantibus succurrit.

*Diahyssopu Nicolai.*

R. Hyssopi,  
 Iridis,  
 Thymi ana ʒ xxx.  
 Piperis nigri,

Pulegij.

Pulegij,  
 Satureiæ, Rutæ,  
 Cymini ana 3 xx.  
 Carnis dactylorum,  
 Tragacanthæ,  
 Glycyrrhizæ,  
 Caricarum pinguium,  
 Passarum enucleatarum,  
 Fœniculi ana 3 x.  
 Zingiberis,  
 Anisi, Carui,  
 Seminis ligustici ana 3 v.  
 Sacchari, aut  
 Mellis quod satis est,  
 Fiat loch.

\*Confert ad vitia capitis frigida; columellam exsiccat, arteriam asperam purgat, tussim compescit, omnia frigida thoracis & stomachi vitia emendat, concoctionem iuuat.

*Loch de succo scille Galeni;*  
**R:** Succi Scillæ diebus canicularibus excepit ut dictum est lib. j. Mellis lib. j. β. Coque fiat loch.

\*Crassos & lentos humores, quique in thorace difficulter cōcoquuntur, incidit & extenuat: ideoque asthmaticis, & difficile spirantibus auxiliatur, thoracisque dolorem leuat.

Aliud

*Aliud eiusdem.*

Ipsum scyllæ corpus è qua succus extra-  
ctus, libram vnam terito cum mellis

j. β.

Coque, fiat loch.

\*Hoc facultate posterius est præcedēti.

*Loch de scilla compositum Meſue, Loch*

*ad Aſthma nuncupatum.*

Rg. Scillæ in pane afflatæ 3 iiij.

Marrubij,

Hyslopi, ana 3 j.

Iridis 3 ij. Myrthæ,

Croci ana 3 β.

Mellis quod sufficit Fiat loch.

\* Ad asthma & diuturnā tussim valer,  
humorem enim crassum extenuat:

*Loch de pulmone vulpis.*

Rg. Pulmonis vulpini præparati;

Succi glycyrrhizæ,

Seminis fœniculi,

Capill. veneris ana 3 j.

Mellis 3 xvj. Fiat loch.

\* Abstergit & consolidat ulcera pecto-  
ris & pulmonis, & præferendum est aliis  
remediis in phthisi.

*Loch de Carthamo Meſue.*

Rg. Medullæ seminis carthami 3 vi.

Amygdalarum mundatarum 3 ij.

Nucleorum pinearum mundatorum 3 j.

Mellis

Mellis cocti,  
Succi scillæ ana quod sufficit  
Fiat loch ad perfectionem.

## ELECTARIA.

## Sectio quinta.

*Aromaticum Rosatum Gabrielis,  
ex Mesue.*

R Ecip. foliorum rosatū rubrarū 3 xv.  
Glycyrrhizæ rasæ 3 viij.  
Ligni aloës,  
Sandali citrini ana 3 iiij.  
Cinnamomi 3 v.  
Macis,  
Caryophyllorum ana 3 ii. β.  
Gummi Arabici,  
Tragacanthæ ana 3. iiij 3 ii.  
Nucis moschatæ,  
Cardamomi,  
Galangæ ana 3 j.  
Spicæ nardi 3 ii.  
Moschi 3 i.  
Ambræ griseæ 3 ii.  
Trita & in puluerem redacta permiscen-  
tur cum  
Syrupi rosati,  
Syrupi è corticibus citri,

Sacchari

Sacchari albi ana ʒ ix.

Coque; fiat electuarium iustæ cōsistentiæ.

Fiunt etiam morselli in huic modum.

Rz. Sacchari clarificati ℔ j.

Specierum prædictarum ʒ β.

Fiant morsuli secundum artem.

\* Cerebrum, cor, ventriculum, & omnia nutritioni famulantia membra roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, viscerum excrementosam humiditatem absunit, ac ex morbo conualescen tibus auxiliatur.

*Aromaticum Caryophyllatum Mesuæ.*

Rz. Caryophyllorum ʒ vij.

Macis,

Zedoariæ,

Galangæ,

Santali citrini,

Trochifcorum diarhodæn

Cinnamomi,

Lignialoës,

Spicæ nardi,

Piperis longi,

Cardamomi maioris ana ʒ j.

Rosarum rubrarum ʒ β.

Glycyrrhizæ rafæ,

Galliae moschatæ ana ʒ ii.

Folij,

Cubebæ ana ʒ ij. G vj.

N

Amb

Ambræ 3 j.

Moschi 3 β.

Histenuissimæ tritis & cum

Syrupi è citro;

Sacchari albi ana q. s. permistis

Fiat electarium.

\*Cor, ventriculum, & reliqua nutritio-  
nis membra toborat, nauseam, & vomitū  
reprimit, fatus dissipat, putredinem hu-  
morum in ventriculo arcit.

Diamoschū dulce, Mesua.

Rg. Croci,

Doronici,

Zedoariæ,

Ligni aloës,

Macis ana 3 ij.

Margaritarum albarum,

Serici crudi vſti,

Charabe,

Coralli rubri ana 3 ij. β.

Basilici citrati,

Galliae moschatæ ana 3 ij. s.

Been albi, & rubri,

Folij,

Spicæ nardi,

Caryophyllorum ana 3 j.

Zingiberis,

Cubebæ,

Piperis longi ana 3 j. β.

Mosc

Moschi 3 ij.

Excipe cum

Mellis crudi ℥ j. 3 vj.

Coque, fiat electarium.

\* Ad frigidos cerebri affectus sine febre, melancholiā, & illi comatam tristitiam sine causa manifesta, vertiginē, epilepsiam, resolutionem, oris torturā, cordis palpitationem, pulmonis affectus, & spirandi difficultatem conducit.

Diamoschu amarū fiet ad superiora additis.

Absinthij,

Rosarum rubrarum ana 3 iiiij.

Aloës lotæ 3 iiij.

Castorij,

Ligustici ana 3 j.

Cinnamomi 3 ij. β.

Excipiuntur

Mellis quantitati sufficienti.

\* Hæc confectio præcedenti efficacior est, & præterea ventriculi humores etiam putres potentiū absumit.

*Diarhodæn Abbatis.*

Rz. Santali albi,

Santali rubri ana 3 ij. β.

Tragacanthæ,

Gummi arabici,

Spodij ana 3 ii.

N 2 Afa

Asari,  
Masticæ,  
Spicæ nardi,  
Cardamomi,  
Succi Glycyrrhizæ,  
Croci,  
Ligni aloës,  
Caryophyllorum,  
Galliaæ moschatæ,  
Anisi,  
Fœniculi,  
Cinnamomi,  
Rhabarbari,  
Seminis basilici,  
Berberis,  
Seminis portulacæ  
Seminis Scariolæ,  
Seminum cucurbitæ,  
Citrulli,  
Cucumeris,  
Melonis,  
Papaueris albi ana ۹ j.  
Margaritarum,  
Ossis de corde cerui ana ۹ β.  
Sacchari candi,  
Rosaruū rubraruū ana ۳ j. ۳ iij.  
Camphoræ ۶ xv. Alij ۶ viij.  
Moschi ۶ iij. β.  
Conterantur, & fiat electarium cum  
Syrupi

Syrupi rosati,

Sacchari albi ana q. sufficit.

\* Valet aduersus vetriculi calorem, ie-  
coris, lienis, pulmonumque, contra visce-  
rum dolores, & omnem totius corpo-  
ris noxam à calore proficiscentem.

*Diatrion Santalan.*

Recip. santali albi,

Rubri,

Citrini

Rosarum,

Sacchari candi ana 3 iij.

Rhabarbari,

Spodij,

Succi glycyrrhizæ,

Seminis portulacæ ana 3 vj. ff.

Gummi Arabici,

Tragacanthæ,

Seminum melonis,

Cucumeris,

Citrulli,

Cucurbitæ,

Scariolæ ana 3 j. ff.

Camphoræ 3 j.

Sacchari quod satis est fiat electarium.

\* Aduersus hepatis & ventriculi calo-  
rem utilis est; præterea mirum in modum  
tabidis & regio morbo correptis prodest.

N 3 Dia

*Diamargariton frigidum, Nicolai.*

R. Seminum citrulli,  
**Cucurbitæ,**  
**Melonum,**  
**Cucumeris,**  
**Portulacæ,**  
**Papaueris albi,**  
**Sandali moschatellini, citrini,**  
**Ligni aloës.**  
**Zingiberis,**  
**Rosarum rubrarum,**  
**Florum nymphæ,**  
**Boraginis,**  
**Baccarum myrti ana 3 j.**  
**Coralli albi,**  
**Rubri ana 3 β.**  
**Margaritarum 3 iiiij.**  
**Sacchari quod satis est.**  
**Fiat electarium.**

\* Omnem virium imbecillitatem firmitat, syncopé iuuat, asthmaticos, tabidos, tussientes, longo morbo extenuatos, & imbecillitate languentes recreat, & ad pristinum recuperandum robut conduit.

*Diamargariton calidum, Aucenna.*

R. Margaritarum,  
**Pyrethri ana 3 j.**  
**Zingiberis,**  
**Masticis ana 3 iiiij.**

*Zedoar*

Zedoariæ,  
Seminis apij,  
Radicum thapsiæ,  
Cardamomi,  
Nucis moschatæ,  
Macis ana 3 ij.  
Been rubri,  
Piperis,  
Piperis longi ana 3 iiij.  
Cinnamomi 3 v.  
Sacchari quod satis est  
Fiat electarium.

\*Ad vniuersi corporis refrigerationem  
confert, mulieres vterum gerentes, præfo-  
cationes vteri, cordisque syncopen iuuat:  
priuatim vero imbecillitati stomachi &  
eruditati eiusdem, corporis ac cordis exo-  
lutioni succurrit.

*Diambra Mefna.*

Rz. Cinnamomi,  
Doronici,  
Caryophyllorum,  
Macis,  
Nucis moschatæ,  
Foliij,  
Galangæ ana 3 iiij.  
Spicæ nardi,  
Cardamomi maioris,  
Cardamomi minoris, ana 3 j.

N 4 Z 1

Zingiberis 3 j. β.  
 Ligni aloës,  
 Santali citrini,  
 Piperis longi ana 3 ij.  
 Ambræ 3 j.  
 Moschi 3 β,  
 Excipientur  
 Syrupi rosati,  
 Aquæ rosaceæ,  
 Sacchari albi ana sufficienti quantitate.

\*Cerebrum, cor, ventriculum, ac ventrem reliquum inferiorem calefacit, & roborat, exhilarat, coctionem iuuat, affectibus vterinis, & omnibus aliis frigidis prodest, senibus ob id ac mulieribus salubre.

*Pleres Archonticon Nicolæ.*

Rz. Cinnamomi,  
 Caryophyllorum,  
 Ligni aloës,  
 Galangæ,  
 Spicæ nardi,  
 Nucis moschatæ,  
 Zingiberis,  
 Spodij,  
 Schœnanthi,  
 Cyperi,  
 Rosarum,  
 Violarum ana 3 j.

Ĝ xv.

Fol

Folij, Glycyrrhizæ,  
 Mastiches,  
 Styracis,  
 Maioranæ,  
 Mentæ aquaticæ, id est, sy simbrij balsa-  
 mines,  
 Cardamomi,  
 Piperis longi,  
 Piperis albi,  
 Seminis basilici,  
 Baccarum myrti,  
 Corticum citri ana 3 ij. **G** v.  
 Margaritarum,  
 Been albi, & rubri  
 Coralli rubri,  
 Serici vesti ana 3 j. **G** ij. **f**.  
 Moschi **G** viij. **f**.  
 Caphuræ **G** v.  
 Syrupi rosati,  
 Sacchari albi añ 3 viij. fiat electariū.

\*Tristibus, melancholicis, imbecillo vé  
 triculo, deliquio animi à corde nato suc-  
 currunt; eos qui ex diutino morbo extenua-  
 ti & imbecilles sunt corroborat: Memo-  
 riā amissam recuperat, sensus acuit, co-  
 mitialibus, & asthmaticis prodest, om-  
 némq; cerebri debilitatem aufert.

*Letificans Galeni, secundum Nicolaum.*  
 Rx. Florum ocyymi,

N 5 Croci

Croci,  
 Zedoariz,  
 Ligni aloës,  
 Caryophyllorum,  
 Corticum citri,  
 Galangæ,  
 Macis,  
 Nucis moschatæ,  
 Styracis ana 3 ij. f.  
 Anisi,  
 Rasuræ eboris,  
 Thymi,  
 Epithymi ana 3 j.  
 Caphuræ,  
 Moschi,  
 Ambræ,  
 Margaritarum,  
 Offis è corde cerui ana 3 f.  
 Foliorum auri,  
 Argenti ana 3 j.  
 Sacchari quod sufficit fiat eleclarium.

\*Lætitiam colorisq; bonitatem efficit,  
concoctionem iuuat,& caniciem arcet.

*Lætificans Rassis ad Almansorem.*

R. metissæ,	Croci,
Corticum citri,	Cinnamomi,
Caryophyllorum,	Nucis moschatæ,
Gallæ moschatæ,	Cardamomi maioris
Masticæ,	Seminis pœoniz,

Beem

Bcen albi, & rubri,

Zedoariæ,

Doronici,

Seminis ocymi caryophyllati ana 3 fl.

Moschi 3 j. G v.

Tritis omnibus & in puluerem redactis  
adde

Sacchari quod satis est

Fiat confection in tabulis.

Si verò volueris forma electarij, ea sy-  
rupo sequenti excipies, qui

Rz. Myrobal. L cepularum, num. xx.

Rz. emblicatum, num. xxx.

Trita, & in libris tribus aquæ communis,  
ad duarum tertiarum consumptione, co-  
cta percolabis: Colaturæ addes

Mellis despumati lb ij.

Coque, fiat syrpus quo prædicta exci-  
pies, & fiet electarium.

\* Ad affectus cordis, ventriculi, iecoris,  
quas partes etiam roborat, admodum  
confert: palpitationem cordis emendar,  
valenter exhilarat, & coctionem iuuat, co-  
lorémq; viuidum efficit.

*Diatrion pipereon Galeni.*

Rz. Piperis nigri, Anisi,

Albi,

Longi ana 3 l.

Zingiberis,

Thymi ana 3 j.

Mellis quod satis est,

Fiat electarium.

Recip

Recipit etiam vniuersciusque generis piperum ʒ iii.

\*Ventriculi refrigerationibus, acido ructui, quartanis, resolutis, iecinorosis, & inflationibus auxiliatur.

*Diatrion pipereon Mesu.e.*

Rz. Trium piperum ana ʒ v.

Zingiberis,

Thymi,

Anisi ana ʒ iiij.

Spicæ nardi,

Ammi,

Amomi,

Cinnamomi ana ʒ i.

Casix,

Seminis apij,

Seseleos, Afari,

Radicum enulæ ana ʒ β.

Mellis quod sufficit.

Fiat electarium.

\*Hoc magis fluxionibus quæ à capite ad thoracem descendunt, couenit.

*Diospoliticon Galeni.*

Rz. Cumini in aceto macerati & vstii,

Piperis longi,

Comarum rutæ flaccidarum ana ʒ i.

Nitri ʒ β.

Terantur crassius, & cum

Mellis despumati quod satis est

Fiat

Fiat electarium in bona forma.

\*Aluum deiicit cibos qui in ventre cor  
rupti sunt educendo; iisque conuenit qui-  
bus venter frigidus est, aut ad frigus pro-  
pensior, siquidem pituitam extenuat &  
spiritum flatulentum expellit.

*Diacyminum Mesiae.*

Rz. Cymini pridiè in aceto macerati, deinceps  
de fiscati 3 x.

Zingiberis,

Cinnamomi ana 3 β.

Caryophyllorum,

Ligni aloës,

Macis ana 3 ij. β.

Galangæ,

Piperis longi,

Cardamomi ana 3 ij.

Moschi 3 β.

Mellis despumati q. f.

Fiat electarium forma conuenienti.

\*Ventriculum & viscera reliqua cale-  
facit, coctionem iuuat; fatus in dictis vi-  
sceribus natos dissipat.

*Diacyminum Nicolai.*

Rz. Cymini in aceto præparati 3 viij. 3 j.

Cinnamomi,

Caryophyllorum ana 3 ij β.

Zingiberis,

Piperis nigri ana 3 ij. G v.

Galangæ,

Galangæ,  
 Thymbraæ,  
 Calaminthes ana 3 j. 3 ij.  
 Ammi,  
 Ligustici ana 3 j. C xvij.  
 Piperis longi 3 j.  
 Spicæ nardi,  
 Cardamomi,  
 Nucis moschatæ ana 3 ij. β.  
 Omnibus tritis & in puluerem redactis,  
 Mellisque despumati. q. s. exceptis fit  
 electarium.  
 Fit etiam forma solida cum saccharo,  
 hoc est, ad singulas specierum dimidias  
 vncias, libram sacchari commiscendo.

\*Confert frigiditati thoracis, stomachi,  
 inflatis, colicis, febre quartana laboranti  
 bus, & ventriculi coctionem iuuat.

*Diacalaminthes Galeni.*

Rx. Calaminthes montanæ,  
 Seminis petroselini,  
 Pulegij,  
 Seseleos ana 3 β.  
 Seminis apij,  
 Cacuminum thymi ana 3 ij.  
 Ligustici 3 iiij.  
 Piperis 1b j.  
 Terantur subtilissime, &  
 Melle

Melle despumato quantum satis est excipiantur.

\*Crassa & lenta attenuat, & discutit, vrinas mouet, ac muliebres menses.

*Diacalaminthe Mesne.*

R. Calaminthæ montanæ,

Calaminthæ campestris,

Seselios,

Petroselini ana 3 vij.

Zingiberis,

Seminis apij,

Comarum thymi ana 3 iiiij.

Ligustici 3 vij.

Piperis 3 xij.

Excipe melle despumato quod satis est.

\*Auxiliatur iis quos cibi fastidium vrget, appetentiam reuocans, ægrè quoque spirantibus, ventriculo refrigerationem sentienti, & flatibus distento confert.

*Diacinnamomum Mesne.*

R. Cinnamomi 3 xv.

Cafæ,

Cymini,

Radicum enulæ ana 3 ff.

Galangæ 3 viij.

Caryophyllorum,

Piperis longi,

Cardamomi maioris,

Cardamomi minoris,

Zingi

Zingiberis,  
 Macis,  
 Nucis moschatæ,  
 Ligni aloës ana 3 iii.  
 Croci 3 j.  
 Sacchari 3 v.  
 Moschi 3 ii.  
 Excepta  
 Mellis despumati lib. ii. 3 viii.  
 Coque, fiat eleæarium.

\*Coctionem iuuat, etiam pituitæ putre-  
 dinem prohibet, distributionem alimen-  
 ti in corpus promouet.

*Diagalanga Mesue.*

Rz. Galangæ,  
 Ligni aloës ana 3 vi.  
 Caryophyllorum,  
 Macis,  
 Ligustici ana 3 ij.  
 Zingiberis,  
 Piperis longi,  
 Piperis albi,  
 Cinnamomi,  
 Calami odorati ana 3 j. f.  
 Calaminthæ siccæ,  
 Menthæ siccæ,  
 Cardamomi,  
 Spicæ nardi,  
 Seminum apij.

*Fœni*

Fœniculi,

Anisi,

Carui ana ʒ j.

Sacchari albi ʒ x.

Mellis despumati q. f.

Fiat electarium ut decet.

\*Ventriculi & hepatis intemperiem  
frigidam sanat: ob id coctionem iunat, ru-  
ctus acidos compescit, & fatus crassos po-  
tenter dissipat, atque ab eis natas inflatio-  
nes: oris habitum commendat.

Diacurcum, id est, Διάκυρκον, Mesue.

Rz. Tragacanthæ ʒ j.

Croci,

Asari,

Seminum petroselini,

Apij,

Dauci,

Anisi ana ʒ iiij.

Rhabarbari optimi,

Mei,

Spicæ nardi ana ʒ vj.

Costi,

Myrræ,

Casix,

Schœnanthi,

Carpobalsami,

Rubiaæ tinctorum,

Succi absinthij,

O

Succi

Succi eupatorij,  
 Olei balsami ana 3 ij.  
 Calami aromatici,  
 Cinnamomi ana 3 j. β.  
 Scordij,  
 Cete ach.i.aspreni,  
 Succi glycyrrhizæ ana 3 ij. β.  
 Trita,&  
 Mellis despumati q. s. excepta.  
 Fiat electarium.

\*Ventriculi, iecoris, lienis morbos frigidos, ob idq; diuturnos sanat, & hinc orta symptomata, vt hydropem, cachexiam, colorem corporis foedum, humorum in ventriculo corruptelam, renum & vesicæ virtus frigida, vrinamque euocat.

*Diacurcum minor Mesua.*

Rz. Spicæ nardi,  
 Myrræ,  
 Casia,  
 Croci,  
 Schœnanthi,  
 Costi,  
 Cinnamomi ana 3 j.  
 Mellis despumati q. s.  
 Fiat electarium.

\*Idem pollet quod superior, sed imbecillius.

*Die*

## Dsalacca.

**R.** Laccæ lotæ,

Rhabarbari ana 3 iiij.

Spicæ nardi,

Masticæ,

Seminis apij

Succi absinthij,

Succi eupatorij,

Ammi, Sabinæ,

Amygdalarum amararum.

Costi,

Myrrhæ,

Rubia,

Fœniculi,

Anisi, Afari,

Aristolochiæ rotundæ,

Gentianæ,

Croci,

Cinnamomi,

Hyssopi, Casia,

Schoenanthi,

Bdellij ana 3 j. β.

Piperis,

Zingiberis ana 3 j.

Myrrham & bdellium in vino infunde,  
catera tenuissimè tere, & melle despuma-  
to quantum satis est, excipe, fiat electariū.\*Ventriculū & hepar roborat, hepatis  
obstructiones aperit, eius scirrhū dissol-

O 2 uit,

uit, & ex his nascentem cacheriam & hydropen sanat, vrinas mouet, lapidemque  
renum & vesicæ frangit.

*Dianison Mesuæ.*

Rz. Seminum anisi ʒ ij. β.

Glycyrrhizæ rasæ,

Masticæ ana ʒ j.

Seminum carui, fœniculi,

Macis,

Galangæ,

Zingiberis,

Cinnamomi ana ʒ v.

Piperis nigri,

Albi,

Longi,

Cafixæ,

Pyrethri,

Calaminthæ ana ʒ ij.

Cardamomi maioris,

Caryophyllorum,

Cubebarum,

Croci,

Spicæ nardi ana ʒ j. β.

Sacchari albi ʒ v.

Mellis despumati q. f.

Fiat electarium.

\*Intemperiem frigidam ventriculi à puita cruda, vel etiā flatibus sanat, & tussim diuturnam à frigida causa genitam.

*Dian*

*Dianthon Nicolai.*

R2. Florum rorismarini	3 j.
Rosarum rubrarum,	Cinnamomi,
Violarum,	Zingiberis,
Glycyrrhizæ ana	3 vj.
Caryophyllorum,	Zedoariæ,
Nucis moschatæ,	Macis,
Galangæ,	Ligni aloës,
Spicæ nardi,	Cardamomi,
Seminis anisi ana	3 iiiij.
Fiat electarium.	Seminisanethi,
	Mellis q. s.

\*Succurrit præter rationem tristibus,  
animi lætitiam auget; Item cardiacis, ele-  
phantia correptis, animi defectionibus,  
& cordis syncopi, & in vniuersum omni  
corporis imbecillitati prodest.

*Cyphoides andromachi.*

R2. Pulpæ passarum pinguium	3 iiiij.
Croci,	
Calami aromatici,	
Bdellij ana	3 ij. β.
Cafiae,	
Cinnamomi ana	3 j. β.
Spicæ nardi	3 iiiij.
Schœnanthi	3 ij. β.
Myrrhæ	3 iiiij.
Radicum aspalathi	3 ij.
Terebinthinae	3 iiiij.
Mellis, &	

O 3 Vini

Vini odorati ana q. f.

Coque, fiat electarium ut artis est.

\*Ad hepaticos, & thoracis affectiones  
utilis est.

*Electarium de baccis Lauri Rafis.*

R. Foliorum rutæ ʒ x.

Seminum Ammi,

Cymini,

Nigellæ,

Ligustici,

Carui,

Dauci,

Origani,

Amygdalarum amararum,

Piperis nigri, & longi,

Menthastræ,

Baccarum lauri,

Castorij ana ʒ ij.

Sagapeni ʒ β.

Opopanax ʒ iiij.

Mellis ℥ j. ʒ iiij.

Tritis diligenter quæ tritrandæ sunt, fiat  
electuarium; deinde addantur lachrymæ  
in vino dissolutæ.

\*Valet ad colicam & iliacam passio-  
nem, & doloribus intestinorum ex causa  
frigida, vel flatuosa.

*Electuarium de cineribus Auicenne.*

R. Cinerum vitri,

Scor

Scorpionum,  
 Radicum brassicæ,  
 Leporis,  
 Putaminū ouorum è quibus pullus exemptus sit,  
 Lapidis spongiae,  
 Sanguinis hirci præparati,  
 Lapidis Iudaici,  
 Gummi iuglandis,  
 Acori ana 3 j.  
 Petroselini,  
 Dauci,  
 Pulegij,  
 Gummi arabici,  
 Seminis altheæ,  
 Piperis nigri ana 3 j. f.  
 Mellis q. f.  
 Fiat electarium.

*Confectio Anacardina Mæsue.*

Rz. Piperis nigri longi,  
 Myrobala. cepularum,  
 Emblicarum,  
 Bellericarum,  
 Castorij, ana 3 ij.  
 Anacardij,  
 Croci,  
 Melanthij,  
 Baccarum lauri ana 3 vi.  
 Cyperi 3 iiij.

Indarum,  
 Costi,

O 4 Terc

Tere anacardia per se, & aliis tritis misce,  
 & factum  
**E**lectarium cum  
 Butyri recentis non saliti,  
 Mellis despumati ana q. f.  
 Coquatur ut artis est.

\*Ad totius inferioris vētris, & cerebri  
 affectus frigidos conducit, sanguinem  
 puriorem reddit, & inde spiritu animali  
 facto purgatiore, & tenuiore, sensus om-  
 nes, appr̄ahensionem, intellectum & me-  
 moriam iuuat, colorēmque viuidum cor-  
 pori tribuit.

*Alia Confēctio Anacardina.*

Rx. Aloës ʒ j. β.  
 Iridis,  
 Casiae ana ʒ vij.  
 Zingiberis,  
 Anacardijs,  
 Carpolbalsami ana ʒ iiiij. β.  
 Folij,  
 Spicæ nardi,  
 Myrobal. fuluarum,  
 Cepularum, Indarum,  
 Myrobalanorum. Bellericarum,  
 Emblicarum,  
 Mei,  
 Epithymi ana iiij. ʒ j.  
 Caryophillorum,

Schoen

Schœnanthi,  
Rhei pontici,  
Masticæ ana 3 ij.

Corticum radicum fœniculi lotorū ℥ j.  
Aceti optimi ℥ ij.

Contusa & macerata in prædicto aceto  
dies septem, coquantur, & colentur; Cola-  
turæ bene expressæ adde

Mellis despumati ℥ ij.  
Fiat electarium ut artis est.

*Electarium ex Aſa fætida ſen*

*Lafere, Meſua.*

Rz. Laseris,  
Piperis,  
Myrrhæ,  
Foliorum rutæ ana 3 β.  
Terantur, & excepta cum  
Mellis despumati 3 viij.  
Coquatur ut decet.

\*Ad febres antiquas, & circuitum re-  
petentes, ut quartanas, quotidianas, fo-  
mnum grauem, tremore, venenosos mor-  
sus vtile est.

*Hiera ſimplex Galeni.*

Rz. Cinnamomi,  
Xylobalsami,  
Alari radicum,  
Nardi ſpicæ,

O 5 Masti

Masticches chiæ, ana 3 vj.

Croci 3 v.

Aloës electæ 3 xc.

Omnibus tritis & in puluerem redactis,  
deinde

Mellis quantitate sufficienti exceptis sic  
electarium.

Addita autem agarici præparati parte  
dimidia fiet hiëra cū agarico. aliis quar-  
ta sufficere videtur.

\*Præstantissimum medicamentum est  
ad vitiosos succos, qui in ventriculi tuni-  
cis hæret. Ut iliter quoq; exhibetur iis qui  
suffusorum imagines, & alia symptoma-  
ta ex stomachi vitio patiuntur: & præterea  
iis qui alio sunt adstricta, & mulieribus  
quaæ non probè purgantur.

*Hiëra composita Galeni.*

R. Colocynthidis 3 viij.

Scillæ assatæ,

Agarici,

Ammoniaci,

Scammonij,

Corticum radicum hellebore nigri,

Sthœcadis,

Hyperici,

Pulegij.

Gentianæ,

Spicæ nardi,

Schœnanthi ana 3 xvij.

Polij montani,

Epith

Epithymi,  
Polypodij,  
Bdellij,  
Aloës,  
Chamædrios,  
Euphorbij,  
Marrubij,  
Casia ana 3 viij.  
Myrrhæ,  
Sagapeni,  
Croci,  
Aristolochiæ rot.

Trium piperum,  
Cinnamomi,  
Opopanacis,  
Castorij,

Petroselini ana 3 iiiij.

Omnia tenuissimè contrita excipe melle  
ad specierum pondus.

\* Medicamentum est efficacissimū ad  
omnes morbos contumaces, & tutissimū.

Hiera Archigenis ex Aetio.

R2. Colocynthidos 3 j.

Chamædryos,

Agarici,

Marrubij,

Stœchadis ana 3 x.

Opopanacis,

Sagapeni ana 3 j.

Petrose

Petroselini,  
Aristolochiæ rot.  
Piperis albi ana 3 v.  
Cinnamomi,  
Spicæ nardi,  
Miyrrhæ,  
Polij montani,

Croci ana 3 iiii.

Mellis despumati ad pondus specierum  
Fiat electarium.

\*Confert affectibus melancholicis, &  
ex pituita crassa natis, ut vertigini, epile-  
psiæ, spasmo, difficultati spirandi, psoræ le-  
præ, & cæteris tuberculis à crassa materia  
nascentibus aut seroso excreimento, item  
intestinis, ventriculo, vtero à flatu dolen-  
tibus, aut prædictis humoribus.

*Hiera Logadij ex Aëtio,*  
Rx. Colocynthidis 3 xx.  
Scillæ affatæ,  
Agarici,  
Ammoniaci,  
Scammonij,  
Corticis radicum ellebori nigri,  
Hyperici ana 3 j.  
Epithymi, Polypodij,  
Bdellijs,  
Aloës,  
Chamædryos,

Marrub

Marrubij,

Casiæ ana ʒ .j.

Myrrhæ,

Piperis albi, nigri,

Cinnamomi,

Croci,

Opopanaxis,

Sagapeni,

Caſtorij,

Petroselini,

Aristolochiæ ana ʒ β.

Mellis despumati ad pondus omnium  
specierum,

\*Ad lateris dolorem, epilepsiam, maniam, melancoliam morbum, scotoma, cephalæam, suspiria, subitam præfocationem, incubum, tetanū, spasmus cynicum, cōtusum corpus ex iectu, lapsu, tremorem, paralysim, arthritidas, dolores spinæ, māmarum duritias, cancerōsque earum, stomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflationem, tormina, nauseam, colicū dolorem, menses suppressos.

Hiera Logadij, ex Nicolao.

Rz. Pulpæ colocynthidis,

Polipodij ana ʒ ij.

Euphorbij,

Polij montani,

Seminis thymeleæ ana ʒ j. β. C vj.

Absin

Absinthij,  
 Myrrhæ ana 3 j. ġ xij.  
 Centaurij.  
 Agarici,  
 Ammoniaci,  
 Folij,  
 Nardi indicæ,  
 Scillæ,  
 Scammonij præparati ana 3 j.  
 Aloës,  
 Comarum thymi,  
 Calix,  
 Chamædryos.  
 Bdellij,  
 Marrubij ana 3 j. ġ xiiij.  
 Cinnamomi,  
 Opopanaxis,  
 Castorij,  
 Aristolochiæ,  
 Trium piperum,  
 Croci,  
 Sagapeni,  
 Petroselini ana 3 β.  
 Hellebori nigri, albi ana ġ vj.  
 Mellis despumati ॥ j. 3 j. β.  
 Confice ut decet.

\*Exterminat mala diuturna ex melan  
 cholia facta, epilepsiam, vertiginem, con  
 uulsiones, hemicraniam, elephantiam, im  
 petigio

petigines, lethargum, prodest, spumantibus & linguam mordentibus, his quis lethalia venena sumpererit, iecinorosis, pleuriticis, ischiadicis, & lumborum dolore infestatis vitiosos humores educit & mulierum menstrua.

*Benedictus simplex Nicolai.*

Rubribith electi,  
Sacchari ana 3 x.  
Eculæ,  
Diagridij,  
Hermadactylorum,  
Rosarum rubratum ana 3 v.  
Caryophyllorum,  
Spicæ indicæ,  
Zingiberis,  
Croci,  
Saxifragæ,  
Piperis longi,  
Amomi,  
Cardamomi,  
Seminitis petroselini,  
Lithospermi,  
Carui,  
Fœniculi,  
Asparagi,  
Rustici,  
Salis gemmæ,  
Galangæ,      Macis ana 3 j. Tritis

Tritis triturandis, Fiat electarium cum  
Mellis despumati ℥ iiij.

\*Humores pituitosos, ad articulos po-  
tissimum decumbentes elicit. A' renibus  
quoque & vesica purgat.

*Diasene Gentilis de Fulgino.*

Rg. Foliorum senæ ʒ iij.

Auellanarum num.l.

Serici vsti ʒ iiij.

Lapidis armeni ʒ j.

Sacchari ʒ v.

Mellis despumati ʒ vij.

Fiat electarium secundum artem.

*Diasena Nicolai.*

Rg. Senæ ʒ iij.

Auellanas tostas num.l.

Serici vsti ʒ iiij.

Lapidis armeni lauati, ʒ j.

Lapidis lazuli loti ʒ iiij.

Sacchari ʒ vij.

Cinnamomi,

Caryophyllorum,

Galangæ,

Piperis nigri,

Spicæ nardi indicæ,

Folij,

Seminis ocimi,

Cardamomi,

Croci, Zingiberis,

Zedo.

Zedoariæ,  
Florum rotismarini,  
Piperis longi ana ʒ ij.  
Mellis despumati ℥ ij.  
Fiat electarium.

\*Succurrit melancholicis, mania vexatibus, quartana laborantibus, tristitia affectis, lienosis, elephanticis, & omnibus virtutis ex atra bile procreatis.

*Diasena recens Rasis, quæ sub nomine Ele-*  
*cruarij Lenitium in usu est.*

Rz. Passularum enucleatarum ʒ ij.

Capillorum veneris,

Violarum,

Hordei mundati ana M. β.

Sebesten,

Iuiubas ana num.xx.

Glycyrrhizæ ʒ β.

Prunorum exemptis nucleis,

Tamarindorum ana ʒ vij.

Senæ mundatae,

Polipodij ana ʒ ij.

Coctis ad tertię partis cōsumptionē, adde

Mercurialis recentis M. j. β.

Bulliant leuiter, cola. In colatura dissolue

Pulpæ cassiae,

Tamarindorum,

Prunorum,

Per cribrum transcolentur, & adde

P. Sacch

Sacchari albi ℥ iiij. β.

Sacchari violati ʒ vj.

Coquantur omnia, & fiat electarium in bona forma, vocatūrque diasema senæ expers. Qui verò voluerit cum sena habere, ad singulas electarij vncias addat

Pulueris senæ ʒ j.

\*Valet in febribus ex humorum putredine natis, & pleuritide. Emollit enim aluum; & utramq; bilem sine molestia & innoxie educit.

*Electarium de Sebeste, Montagnane.*

Rz. Sebesten,

Prunorum siccorum,

Pulpæ tamarindorum ana ʒ v.

Aquæ violarum ℥ j.

Aquæ iridis,

Anguriæ ana ʒ vij.

Succi mercurialis depurati ʒ iiiij.

Penidiorum ʒ viij.

Seminum cucurbitæ enucleatorum,

Cucumeris, Melonis,

Citrulli ana ʒ ij. Diagridij ʒ iiiij.

Coquuntur tamarindi, sebesten & pruna, & in aquis stillatitiis dissoluta commiscentur cum

Diapruni simplicis ℥ j. β.

Postea adduntur penidia, & his dissolutis reliqua commiscentur, & fit electuarium.

\*Conf

\*Cōfert febribus biliōsis interpolatis, ac  
continuis exquisitis, febrīūmq; vehemē-  
tiā sedat, sitim extinguit, vigilias arcet,  
& acres humores per vrinam educit.

*Diacasis Nicolai, sub nomine Caf-  
siæ condite.*

R2. Pulpæ cassiæ  $\frac{1}{2}$  j.

Pulpæ tamar indorum.

Mannæ electæ,

Penidiorum,

Sacchari violati,

Sacchari candi ana  $\frac{3}{2}$  j.  $\beta$ .

Syrupi violati  $\frac{3}{2}$  iiij.

Hæc omnia dissolue in decocto sequenti.

Prunorum,

Violarum,

Glycyrrhizæ,

Seminum communium enucleatorum,

Polypodij ana  $\frac{3}{2}$  j.

Foliorum senæ  $\frac{3}{2}$   $\beta$ .

Anisi,

Fœniculi ana  $\frac{3}{2}$  j.

Coquantur in aqua ad tertiarę partis con-  
sumptionę, & colatura bene expressa ad-  
datur supradicta, ac in electarij formam  
reducantur.

\*Confert iis qui dura sunt aluo, hęc em̄  
leniter & citra molestiā subducit, ac flauā  
educit bilē, ac febres inde natas mitigat.

P 2 Thorax

Thoracis pulmonis, & asperæ arteriæ  
Phlegmonas resoluit, &c.

*Diaçassia magistralis.*

Rz. Iuinbarum,

Prunorum,

Capilli veneris,

Tamarindorum,

Sebesten,

Violarum ana M. j.

Coquantur in aqua secundam artem, & in  
colatura dissolue

Pulpæ cassiæ lib. x.

Sacchari albi lib. v.

Coquantur ad perfectam consistentiam.

*Cassia communis.*

Rz. Violariæ,

Maluæ,

Mercurialis,

Betæ,

Parietariae ana M. j.

Fiat horum viridium decoctio in

Aquæ communis lib. x.

Bulliant ad dimidij consumptionem: hac

colatura bene expressa extrahitur cassia,

& ad singulas libras pulpæ adduntur

Mellis despumati 3 vj.

Coquitur in formam electuarij.

\* Aluum leniter & citra molestiā omnem  
subducit, estq; p. delicatis ac mollierib;

*Dia-*

*Diaprunum non laxatinum Nicolai.*

Rz. pruna electa num. c.

Coquantur perfectè in aqua sufficienti,  
deinde cribro raro transmittantur, & re-  
seruata pulpa decoctioni affunde.

Violarum ʒ β.

Bulliant sufficienter, & colentur: colature  
addantur

Sacchari ℥ ii.

Pulpæ supradictæ ℥ j.

Pulpæ cassiæ

Tamarindorum ana ʒ j.

Coquantur lento igni, & addantur subse-  
quentes species tenuissimè tritæ, semper  
commouendo,

Santalorum albi, Rubri,

Spodij,

Rhabarbari electi,

Cinnamomi ana ʒ iii.

Rosarum rubratum,

Violarum,

Seminum portulacæ,

Seminum scariolæ,

Berberis,

Succi glycyrrhizæ,

Tragacanthæ ana ʒ ij.

Seminum cucurbitæ,

Cucumeris, Melonum ana ʒ j.

Contundantur ut supra.

P ʒ

\*Facit

\* Facit ad acutas, ardentes, omnēsq; alias febres, nem p̄e tertianas continuas, hēticas, marafinodes, lipyrias, & in summa ad omnem febrilem affectum.

*Diaprunum solutuum.*

R. Diaprunis non laxatiui ℥ j.

Diagridij ʒ j.

Fiat electarium.

*Diacatholicon Nicolai.*

R. pulpæ cassiæ,

Tamarindorum,

Senæ mundatæ ana ʒ ii.

Rhabarbari,

Polipodij,

Violarum,

Anisi ana ʒ j.

Glycyrrhizæ rasæ,

Penidiorum,

Sacchari candi,

Quatuor sem.frig.maior. ana ʒ ii.

Conterenda conterantur: Et sume

Polypodij recentis ʒ iii.

Seminis fœniculi ʒ ii.

Aquæ communis ℥ ix.

Coque ad dimidij consumptionem, & co-la: colatur æ adde

Sacchari albi ℥ ii.

Coquantur ad syrapi consistentiam, & su  
pra scriptis additis, fiat electarium.

\* Omn

\*Omnes corporis humores purgat. Confert acutis & peracutis morbis. Emollit enim, alterat, roburq; addit. Iocinerosis, lienosis, podagricis, arthriticis, tertianis, quartanis, & quotidianis, doloribus capitatis succurrit.

*Diapolyphion Magistrale.*

R. Polypodij mundati ℥ iiij.

Mellis despumati ℥ vij.

Aceti scillitici ℥ j. ℥ iiij.

Zingiberis ʒ vj. Fiat electarium.

*Diacarthamu Arnoldi de villa noua.*

R. specierū diatragacanthi frigidi ʒ β.

Pulpæ cydoniorum ʒ j.

Pulpæ carthami ʒ β.

Zingiberis ʒ iiij.

Scammonij præparati ʒ iiiij.

Turbith ʒ vj.

Mannæ ʒ iiij.

Mellis rosati colati,

Sacchari candi ana ʒ j.

Hermodactylorum ʒ β.

Sacchari albi ʒ x. β.

Fiat electarium liquidum.

\*Flauæ bili & pituitæ educendæ mirificè conducit.

*Electarium Episcopi siue Elescopi  
Mesnae.*

R. Scammonij præparati,

P 4

Turb

Turbith ana 3 vj.  
 Caryophyllorum,  
 Cinnamomi,  
 Zingiberis,  
 Myrobalanorum emblicarum,

Nucis moschatæ,

Polypodij ana 3 ij. β.

Sacchari optimi 3 vi.

Mellis despumati tb j. 3 iiiij.

Coquantur fiat electarium.

\* Bilem flauam & pituitā elicit, flatus quoque toto corpore expellit, doloribus articulorum, laterisq; prodest, item colicis cruciatibus: humores ad renes & vesicam decumbentes expurgat.

*Diaphœnicum Meſuæ.*

Rz. Dactylorum mundatorum 3 c.

Penidiorum 3 l.

Amygdalarum purgatarum 3 xxx.

Turbith electi 3 xxxv.

Scammonij 3 xij.

Zingiberis,

Piperis longi,

Florum rutæ,

Cinnamomi,

Ligni aloës,

Macis,

Anisi,

Fœ

Fœniculi,

Dauci,

Galangæ ana ʒ ij. β.

Dactyli per triduum in aceto & totidem noctes macerantur, deinde in mortario cōtunduntur cum amygdalis & penidiis. Reliqua tenuissimè teruntur, & in electarium reducuntur cum

Mellis despumati tb vj.

\*Febribus cōpositis & diuturnis auxiliatur, bilem enim flauam & pituitam dūcit. Colicis cruciatibus mirificè confert, item doloribus ventriculi, & id genus aliis vitiis ex crudis humoribus ortis.

*Electarium Hamech, Mesuæ.*

Recip. myrobalanorum fuluarum ʒ. iiiij.

Cepularum,

Indarum,

Rhabarbari electiana ʒ ij.

Agarici,

Colocynthidis,

Polipodij ana ʒ xviiij.

Absinthij.

Thymi,

Senæ ana ʒ vj.

Violarum ʒ j. β.

Epithymi ʒ ij.

Seminis anisi,

Fœniculi,

P s

Rosa

Rosarum rubrarum ana 3 vj.

Succifumariæ ℥ j.

Pruna num. ix.

Passularum enucleatarum 3 vj.

Macerentur omnia in sero lactis caprini sufficiente, in vase vitrato angusti oris, per dies quinque. Postea ferueant vna aut altera ebullitione, Colentur, colaturæ be ne expressæ adde

Pulpæ cassiæ 3 iiiij.

Pulpæ tamarindorum 3 v.

Mannæ 3 iiiij.

Frica manu, cola, & adde

Sacchari albi ℥ j. β.

Scammonij preparati 3 j. β.

Coque ad mellis consistentiam, & adde

Myrobalanorum fuluarum,

Cepularum,

Indarum,

Bellericarum,

Emblicarum,

Rhabarbari,

Seminis fumariæ ana 3 β.

Spicæ nardi indicæ,

Anisi ana 3 ii.

Confice electuarium.

\* Morbis omnibus ex flava bile & pituita salsa natis, nempe impetigini, scabiei, ele phaticæ, & cäcro succurrit. In summa omni fœdit

fœtidati cutis à biliosis & adustis humoribus procreatæ conuenit.

*Electarium è succo Rosarum, Nicolai.*

R<sub>2</sub>. Succi rosarum rubratum,

Sacchari albi ana ℥ j. ʒ iiiij.

Scammonij præparati ʒ j. β.

Santali rubri, albi, lutei ana ʒ vj.

Spodij ʒ iiij.

Camphoræ ʒ j.

Coquatur saccharum cum succo rosarum, deinde reliqua trita adiificantur, & fiat electarium.

\*Expellit flauam bilem citra molestiam, ad morbos articulorum ex biliosis & calidis humoribus natos, ad febrēsq; tertianas confert.

*Electarium rosatum, Mesua.*

R<sub>2</sub>. Succi rosarum rub. ℥ iiiij.

Sacchari optimi ℥ j. β.

Mannæ electæ & recentis ʒ vj.

Scammonij præparati ʒ j. β.

Coque igni lento ad mellis crassitudinem, tunc adde subsequentia bene trita, & per cibrum transmissa,

Trochisc. de spedio ʒ j.

Galliae moschatæ,

Croci ana ʒ ij.

Trochisc. de berberis ʒ β.

Confice secundum artem.

Hoc

Hoc electario utimur in conficiendis catapotiis aggregatiuis, & de hermodactylis.

\*Cholagogum est clemens, ob id salubre biliosis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgia calidæ, vertigini, oculorum dolori, itero.

*Electarium Indum maius Mesiae.*

R: Cinnamomi,  
Caryophyllorum,  
Spicæ nardi,  
Rosarum rubrarum,  
Casiæ,  
Macis,  
Cyperi ana ʒ β.  
Santali citrini ʒ ij. β.  
Ligni aloës,  
Nucis moschatæ ana ʒ ij.  
Turbith electi ʒ l.  
Sacchari optimi,  
Penidiorum ana ʒ xx.  
Galangæ,  
Cardamomi maioris,  
Cardamomi minoris,  
Asari,  
Masticis ana ʒ i. β.  
Scammonij præparati ʒ i. β.  
Omnia tenuissimè conterantur, & manus oleo amygdalarum dulcium re-

cens

cens extracto, bene inunctis, fricentur,  
& fiat electarium cum syrupo subsequen-  
ti, qui

Rz. Succi apij,

Fœniculi,

Cydoniorum,

Granatorum ana ʒ vj.

Mellis despumati ℥ iii. β.

Coquantur in formam syrpi.

\*Purgat ventrem totum inferiorem,  
atque adeò iuncturas pituita etiam putri,  
flatisque dissipat: & affectibus inde natis,  
dolori colico & nephritico, & ventriculi,  
& aliorum viscerum, vtile est.

*Electarium Indum minus Mesuae.*

Rz. Turbith electi,

Sacchari ana ʒ vj.

Macis,

Caryophyllorum,

Piperis,

Zingiberis,

Cinnamomi,

Nucis moschatæ,

Cardamomi ana ʒ vij.

Scammonij præparati ʒ j. β.

Mellis despumati ℥ iii.

\*Ad eadem efficax est.

*Electarium de Psyllis Mesuae.*

Rz. Succi

Rx. Succi buglossi sive boraginis dome-  
 sticæ & sylvestris,  
 Endiuiaæ,  
 Apij, ana ℥ ij.  
 Succifumariæ ʒ iiij.  
 Clarificentur, & in his infunde  
 Cuscutæ,  
 Anisi,  
 Senæ ana ʒ β.  
 Capillorum ven, M. j.  
 Asari ʒ β.  
 Nardi indicæ ʒ ii.  
 Macerentur vigintiquatuor horas, deinde  
 semel feruefiant, & adde  
 Violarum recentium ʒ iiij.  
 Epithymi ʒ ij.  
 Rursus feruefiant, colentur, colaturæ ad-  
 dantur  
 Psyllij ʒ iiij.  
 Macerentur vigintiquatuor horas iden-  
 tidem agitando, post exprimet totam muc-  
 caginem, in cuius ℥ iiij.  
 Coque igni lento  
 Sacchari optimi ℥ ij. β.  
 Scammonij præparati ʒ iiij. β.  
 Coctis omnibus adde, subsequentia sub-  
 tillissimè trita  
 Trochiscorum diarhodon, de spadio,  
 Rhabarbari ana ʒ j.

Tro

Trochisorum de berberis ʒ β.  
Fiat electarium.

\*Flauam bilem euocat, ob id febribus  
ardentibus, acutis, curatu difficultibus au-  
xiliatur, dolori capitis, & vertigini à bi-  
lis vapore nascenti, ictero & intemperiei  
calidæ hepatis.

*Triphera Persica Mesue.*

R. Succi solani,

Endiuiæ,

Apij,

Lupuli ana ℥ j.

Violarum ʒ iiij.

Cuscutæ ʒ β.

Myrobalanorum, citrearum,

Cepularum,

Indarum ana ʒ ij.

Foliorum senæ ʒ ij.

Spicæ nardi indicæ ʒ iiij.

Agarici electi ʒ j.

Pruna damascena num. l.

Macerentur in prædictis succis, fricatis  
prius myrobalanis oleo amygdalarum  
dulcium: Coque igni lento ad tertias,  
dein adiice

Epithymi ʒ xl.

Semel feruefiant, colentur, In dimidia par-  
te colaturæ dissolue

Tamarindorum recentium ʒ iiij.

Mannæ

Mannæ ȝ j. β.  
 Pulpæ cassiaæ ȝ iiiij.  
 Sacchari violati ℥ j.  
 Alteri parti adde  
 Sacchari optimi ℥ iiij.  
 Aceti boni ℥ j.  
 Coquantur lento igni & reliquis admi-  
 sceantur, deinde adde  
 Rhabarbari ȝ ij.  
 Myrobalanorum, citrinarum,  
 Cepularum,  
 Indarum ana ȝ j.  
 Bellericarum,  
 Emblicarum ana ȝ β.  
 Seminis fumariæ,  
 Trochischorum diarhœdon,  
 Macis,  
 Mastichis,  
 Cubebarum,  
 Spodij,  
 Santali citrini,  
 Seminum cucurbitæ,  
 Citrulli,  
 Melonum,  
 Cucumeris ana ȝ ij. β.  
 Anisi ȝ β.  
 Spicæ nardi ȝ ij.  
 Tenuissimè trita inuoluuntur oleo viola-  
 to, & fiat electarium secundum artem.  
 \*Aduer-

\*Aduersus acutas febres, calidam ventriculi & iecoris intemperiem efficax.  
Morbis omnibus ex humorum vſtione natis confert, ſitim reſtinguit, ieterum calidum ex obſtructione ſanat, ſuffuſionem à vaporibus biliosis viſui incommodan-tem diſcutit.

*Diaturbith Mefue.*

R. Turbith albi & gummosi ʒ x.  
Zingiberis ʒ v.  
Maſtiches ʒ iij.  
Saccharialbi ʒ ij. β.  
Fiat electarium cum  
Mellis ſufficienti quātitate.

\*Pituitam, pŕſertim eam quaeſt in ventriculo, elicit.

*Diaturbith cum Rhabarbaro,*

*Montagnanæ.*

R. Turbith,  
Hermodactylorum ana ʒ i.  
Rhabarbari ʒ x.  
Scammonij præparati ʒ β.  
Santali albi, rubri,  
Violatum,  
Zingiberis ana ʒ i. β.  
Maſtichis,  
Anisi,  
Cinnamomi,  
Croci ana ʒ β.

Q

Sac

Sacchari albi ℥ j. ʒ. iij.

Fiat electarium in forma competenti.

\*Flauam bilem & pituitam educit, atq;  
aqua intercutem laborantibus mirifice  
confert.

*Catharticum Imperiale, Nicolai.*

Rz. Scammonij præparati,

Sacchari ana ʒ j.

Cinnamomi,

Spice nardi,

Radicum saxifragiæ,

Polypodij,

Zingiberis ana ʒ β.

Spicæ nardi celticæ,

Piperis longi,

Piperis albi,

Cardamomi,

Amomi,

Caryophyllorum ana ʒ iij.

Terantur omnia tenuissime & fiat electa-  
rium cum

Mellis despumati q. s.

\*Bilem vtranque & pituitam sine mo-  
lestia educit, caput optimè purgat, & oris  
spiritum commendat.

*Diamanna Galens ex Mesue.*

Rz. Mannæ eleæ ℥ j.

Scammonij præparati ʒ j.

Succi rosarum rubrarum ℥ j.

Diffol

Dissoluatur in succo manna, & coquatur  
sufficienter lento igne, deinde adde  
Masticus pulueris satæ 3 iij.  
Fiat electarium.

\*Bilem flauam educit sine molestia, ob  
id omnibus morbis biliosis salubre.

*Electarium lenitissimum magistrale.*

Rz. Myrobalanorum flauarum.

Cepularum,

Indarum ana 3 ij.

Bellericarum,

Embligarum ana 3 j. β.

Sacchari optimi 3 β.

Terantur triduum in vase lapideo, singu-  
lis diebus bis vel ter aquam fontanam  
inspergendo, deinde siccata terantur in  
puluerem tenuem, cuius sumes 3 j.

Turbith boni 3 iij.

Zingiberis 3 j. β.

Cinnamomi,

Anisi,

Sandali rubri ana 3 j.

Scammonij præparati 3 j. β.

Sacchari q. f.

Fiat electarium.

*Theriaca Andromachi senioris*

ex Galeno.

Rz. Trochiscorū scilliticorum 3 xlviij;

Trochiscorum theriacorum,

Q. 2 Hedicroi,

Hedicroi,  
 Piperis longi,  
 Opij ana 3 xxiiij.  
 Rosarum rubrarum purgatarum,  
 Iridis,  
 Succi glycyrrhizæ,  
 Seminis napi sylvestris,  
 Scordij,  
 Opobalsami,  
 Cinnamomi,  
 Agarici ana 3 xij.  
 Myrræ,  
 Costi,  
 Croci,  
 Casia,  
 Nardi indicæ,  
 Schoenanthi,  
 Thuris electi,  
 Piperis nigri,  
 Dictamni cretici,  
 Comarum marrubij,  
 Rhapontici,  
 Stœchadis,  
 Petroselini,  
 Calaminthæ montanæ,  
 Terebinthinæ,  
 Zingiberis,  
 Radicum quinquefolij ana 3 vj.  
 Polij montani,

Chæ

Chamæptyos,  
Styracis,  
Meu,  
Amomi,  
Nardi celticæ,  
Terræ lemniæ,  
Phu,  
Chamædryos,  
Folij,  
Chalcitidis tostæ,  
Gentianæ,  
Anisi,  
Succi hypocistidis,  
Carpobalsami,  
Gummi,  
Seminis fœniculi,  
Cardamomi,  
Seseli,  
Acaciæ,  
Thlaspi,  
Hyperici,  
Ammi,  
Sagapeni ana 3 iiiij.  
Caistorij,  
Aristolochiæ tenuis,  
Dauci,  
Bituminis iudaici,  
Opopanacis,  
Centaurij minoris,

Q 3 Galbani

Galbani ana 3 ij.

Mellis despumati lib. x.

Vini optimi odorati q. satis est.

Galeni ætate plus aromatum admiscebant ad singulas libras mellis, & medicamentum solidius erat, quam nunc fit. Iam enim sumunt mellis lib. xx.

Conficitur autem hoc modo secundum Galenum.

Herbx, flores, fructus, semina, radices, cortices, trochisci, terra lénia, chalcitis, & bitumen, diligētissimè cōterūtur pistillo ferreo in mortario æneo, & cribro subtilissimo cibrantur, semine thlaspi, napi syuestris, & croco exceptis, quæ per se terūtur, vinoq; rigantur, ne mortario interiori inhareāt, & ut cōmodius cōterātur.

Gumi, succi, & castoriū per se terūtur, adfuso vīno, ut etiā cōmodi<sup>9</sup> teri possint.

In ipso compositionis tēpore, omniumque rerum mixtura, Primum liquefit terebinthina in duplice vase cū mellis paucillo, deinde etiā opopanax, galbanum, sagapenum, bene anteā per se trita adfuso pauculo melle, ut facilius digitis explanetur, commisceanturque atque vniuantur: Postea coquuntur in ipso duplice vase cū terebinthina, donec ad iustam consistentiam redacta sint, his admiscetur pars aliqua

quā cōrritorum, tum etiam in vino disso-  
lutorum, donec mellis cōsistentiam con-  
sequātur, deinde in mortarium vastę ma-  
gnitudinis effunduntur in hunc modum.  
Primū, pars aliqua eorum quæ vino disso-  
luta sunt, & ad eam formā redacta: dein-  
de mellis nonnihil cocti per se & despumi-  
mati: postremò, pars aliqua eorū quæ in  
puluerem redacta fuerant: ad hēc nonni-  
hil eorum quæ liquefacta in duplii vase,  
eāq; tepida: Hēc omnia probē agitentur  
rudicula, & sic cōsequenter de residuo fa-  
ciendum, donec omnia probē vñita sint,  
& hēc quidem ad Solem, ut facilius fiat,  
continuo agitando, & tundendo pila fer-  
rea inuncta opobalsamo, ut facilius agita-  
ri possint, & commisceatur etiā opobalsā-  
mum reliquis: alioqui facilē adhāretet pi-  
stillo medicamentum, & difficilior fieret  
agitatio: Hēc continuē per quatuor aut  
quinque dies agitanda sunt, & rursus elas-  
pis sex aut septem diēbus iteranda agita-  
tio per duos mēses: deinde reponitur me-  
dicamentum vasculis plumbeis, aut ter-  
reis bene coctis & vitratis.

Chalcitis quæ in hoc medicamē venit,  
sic prēparāda est: Illius bona quātitas in  
olla cruda, succēsis carbonibus coquitur,  
eāq; liquefacta ubi bullas emiserit, partē

Q 4      supera

supernam in marmor effundes , atq; illic  
fines in umbra donec frigeat . Hinc postea  
solūmodo capies quod supernè spumeū  
fuerit , quódque cinerei est coloris , aut  
prassij , non quod flauum est , theriacam  
enim colore flauo non nigro inficeret.

Hic autem animaduertendum est , o-  
mnes theriacæ compositiones quæ apud  
Galenum variis locis reperiuntur , & di-  
uersorum Authorum , recipere insuper  
Acori 3 iiii.

Piperis albi 3 vij.

\*Exitialibus venenis , & ferarum virus  
eiaculantium ictibus aduersatur . Inuete-  
ratis capitis doloribus , vertigini , aurium  
grauitati , comitalibus , attonitis , appo-  
plecticisue , resolutis , oculorū hebetudi-  
nis , voci amissæ , asthmaticis , recēti & ve-  
Schœnanthi ana 3 j.

Vini q. f.

Formentur trochisci.

\*Valent ad obſtructions hepatis & lie-  
nis, & inde natas febres varias antiquas, &  
aſcitem per vrinas mouent.

*Trochisci de Berberis Mesue.*

Rz. Berberis 3 ij.

Spodij,

Ligni aloës,

Seminis acetosæ,

Masticis,

Galliaꝝ moschatæ,

Nardi indicæ ana 3 j.

Gummi arabici 3 iiij.

Rosarum rubrarum 3 v.

Aquaꝝ rosarum q. f.

Formentur trochisci.

\*Valent ad intemperiem calidam, fluo-  
rem alui, & hepatis dolorem.

*Trochisci de Spodio Mesue.*

Rz. Rosarum rubrarum 3 j. f.

Spodij 3 x.

Seminis acetosæ 3 vij.

Seminis portulacæ,

Coriandri præparati,

Sumach ana 3 iiij. f.

Amyli vſti,

Balaustiorum,

Berbe

Berberis ana ʒ ij.

Gummi arabici assati ʒ j. β.

Agrestx q. f.

Formentur trochisci.

\*In febribus biliosis cū alui fluore effi-  
caces sunt: Inflammationem ventriculi  
& hepatis & sitem continuam sedant.

*Pastilli dia spermaton Galeni.*

Rz. Seminis apij,

Ammi ana ʒ j.

Anisi,

Fœniculi ana ʒ β.

Opij,

Casix ana ʒ ij.

Aqua pluviæ q. f.

Formentur trochisci.

\*Dantur ex passo, aut aqua, sedant do-  
lorē, ad omnes internos affectus, & pleu-  
ritidas utiles sunt, & sanguinem reiestan-  
tibus.

*Trochisci de Corallo Nicolai.*

Rz. Coralli rubri,

Cinnamoni,

Myrrhæ, Amomi,

Seminis papaveris ana ʒ β.

Schœnanti,

Croci ana ʒ ij.

Calami aromatici,

Xilobalsami,

V 4 Casix,

- Casiæ, Rhu,  
 Folij, Polij montani,  
 Mastiches, Afari,  
 Pedis columbini ana 3 j.  
 Vini q. s. Formentur trochisci.  
 \*Sanguinolenta excreantibus, dysentericis, cœliacis, cibum fastidientibus mixte subueniunt.

*Dia corallu Galeni.*

- Rz. Coralli rubri,  
 Terræ samiæ ana 3 j.  
 Balaustiorum,  
 Amyli,  
 Terræ lemniæ ana 3 iiii.  
 Seminis hyoscyami,  
 Opij,  
 Hypocistidis ana 3 ij.  
 Succi plantaginis,  
 Formentur trochisci.

\*Ad eadem efficax.

- Trochisci de Terra sigillata Meusa.*  
 Rz. Sanguinis draconis,  
 Gummi arabici assati,  
 Trochiscorum ramich,  
 Rosarum rubrarum,  
 Spodij,  
 Seminis rosarum,  
 Amyli assati,  
 Acaciæ,

Lapid

Lapidis hæmatitis,  
 Hypocistidis,  
 Balaustiorum,  
 Boli armenici,  
 Terræ sigillatæ,  
 Coralli rubri,  
 Charabæ ana 3 ij.  
 Margaritarum,  
 Tragacanthæ,  
 Seminis papaveris nigri, ana 3 j. f.  
 Seminis portulacæ,  
 Cornu cerui vſti,  
 Thuris,  
 Gallarum,  
 Croci ana 3 ij.  
 Aquæ plantaginis q. f.  
 Formentur trochisci.  
 Qui volet cum opio addat.  
 Opij 3 ij.

\*Sunt admodum efficaces ad sputum  
sanguinis cum aqua plantaginis poti : ad  
fluorem verò sanguinis è naribus , fronti  
illiti:ad mèses immodicos, vtero iniecti,  
vel pubi illiti:ad mictum sanguinis, in ve  
sicam iniecti : & ad alias hæmorrhagias,  
parti sanguine fluenti impositi.

*Trochisci de Carabe Mesvæ.*

Rx. Charabæ 3 ix.  
Cornu cerui vſti,

V 5 Gum

Gummi arabici assati,  
 Coralli rubei vsti,  
 Tragacanthæ,  
 Acaciæ,  
 Hypocistidis,  
 Balaustiorum,  
 Mastiches,  
 Laccæ,  
 Papaueris nigri assati, ana 3 iii.  
 Thuris,  
 Croci,  
 Opij ana 3 ij. G xv.  
 Mucilaginis psyllij q. s.  
 Formentur trochisci.

\*Vtiles sunt ad constringendum san-  
 guinem vndecunq; fluentem, menstrua,  
 sputum, fluxum sanguineum, & hæmor-  
 rhoidalem: & consolidant vlcera pecto-  
 ris & pulmonis.

*Pastilli Dia electru Galeni.*  
 Rx. Psyllij,  
 Iridis,  
 Mastiches,  
 Succini ana 3 xxx.  
 Opij 3 xv.  
 Psyllium aqua calida macerato, atq; iam  
 expressa mucilagine  
 Pastillos secundum artem formato.  
 \*Fluxum sanguinis præsertim à thora-  
 ce,

ce, pulmone, hepate, renibus, vtero hæ-  
morrhoidibus cum succo plantaginis vel  
polygoni, aut vino granatorum sumpti.

*Trochisci stellæ Auenicenna.*

Rz. Lapidis stellaris 3 v.

Costi,

Opij,

Croci ana 3 v.

Myrrhx,

Castorij,

Nardi indicæ,

Casie,

Terræ sigillatæ,

Corticis mandragoræ, ana 3 β.

Papaueris albi,

Dauci,

Anisi,

Hyoscyami,

Apij,

Sileris montani,

Styracis liquidæ ana 3 j.

Gummi macerantur in vino, reliqua te-  
rantur, & fermentur trochisci.

\*Conueniunt stomachi eructationibus,  
dolori capitis & dentium, catarrhis, san-  
guinis sputum & profluuum sanant, &  
periodicas febres.

*Hæster Galeni.*

Rz. Croci 3 β.

Semi

Seminis *Hyoscyami,*  
*Apij ana* 3 vj.  
*Anisi,*  
*Styracis,*  
*Dauci ana* 3 β.  
*Castorei* 3 iij.  
*Opij* 3 iii.  
*Myrrhae* 3 ii.  
*Succi mandragoræ* 3 β.  
*Piperis albi* 3 vj.  
*Aqua pluuiæ* q. f.  
*Fiant trochisci.*

\*Datur ex aqua. silit dolorem, hoc uti possimus ad omnem fluxum, dolorem, & omnes internos affectus, & destillationes, ad vesicam, ad suffocationes, fluxum muliebrem, stomachi fluxionem, dysentericos, & sanguinem reiicientes.

*Trochisci Alkekengi Mesue.*

Rz. *Fructus alkekengi* 3 iij.  
 Seminis *Citruli,*  
*Cucumeris,*  
*Cucurbitæ ana* 3 iij. β.  
*Boli armenici,*  
*Gummi arabici,*  
*Thuris,*  
*Sanguinis draconis,*  
*Seminis papaveris albi,*  
*Amygdalarum amararum,*  
*Succi*

Succi glycyrrhizæ,  
 Tragacanthæ,  
 Amyli,  
 Pinearum mundarum ana 3 vj.  
 Seminis apij,  
 Carabæ,  
 Terræ sigillatæ,  
 Hyoscyami,  
 Opij ana 3 ii.  
 Iulepi violati q. f.  
 Formentur trochisci.

\*Valent ad renum & vesicæ vlcera & natam inde dysuriam.

*Pastillus Andronius ex Andromacho.*

Rx. Florum mali punici 3 x.

Gallæ omphacitidis 3 viii.

Myrrhæ,

Aristolochiaæ ana 3 iiiij.

Calcanthi

Aluminis scissilis } ana 3 ii.

Misy

Formentur trochisci cum

Sapæ q. f.

\*Facit ad recētia vulnera & vetera, curat fistulas, aures suppurantes, ossa corrumpit, reprimit omnem carnis excrēscētiā: valet ad phagedænas & condylomata.

*Pastilli Polyida ex Andromacho.*

Rx. Florum mali punici 3 xij.

Alum

Aluminis scissilis 3 iiij.

Thuris,

Myrrhae ana 3 iiiij.

Calcanthi 3 ij.

Fellis taurini 3 vij.

Aloës 3 viiij.

Formentur pastilli cum

Vini austeri q. s.

\*Ad nomas, & eadem ferè quæ præcedens potest.

*Pastilli Mulse.*

Rz. Aluminis scissilis,

Aloës,

Myrrhae,

Calcanthi ana 3 vij.

Croci Crocomagmatis ana 3 iiij.

Florum malorum granatorum domestico-  
rum 3 iiiij.

Formentur pastilli cum

Vini odorati &

Mellis ana q. s.

\* Pastillus multiplicis usus, pus edu-  
cens, & relaxans.

*Trochisci de Minio erodentes Ioannis*

*de Vigoribus sanctorum*

Rz. Medullæ panis non cocti bene fer-  
mentati 3 iiiij.

Sublimati electi 3 j.

Minij 3 β. Aquæ rosatum q. s.

Form

Formentur trochisci, qui in clibano te-  
pente ieficcati seruentur.

\*Omnis carnis prauas excrescentias li-  
quat, sordida vlcera expurgat, callosa e-  
mollit, ac fistulas mirabiliter sanat.

sief album Mesue.

Rz. Sarcocollæ in lacte albinino maceratae

3 v.

Amyli 3 β.

Tragacanthæ 3 iiij.

Opij 3 j.

Thuris 3 j. β.

Ceruse lotæ 3 x.

Aquaæ pluuiæ q. s.

Fiat sief.

\*Confert ophthalmia cum est in au-  
gmento, & dolorem sedat.

*Aliud simile eiusdem.*

Rz. Gummi arabici, Ceruse lotæ 3 vj.

Tragacanthæ, Opij 3 j.

Amyli ana 3 iiiij. Fac sief cum

Oui albumine.

Fit etiam sine opio.

\*His utimur initio vehementis dolo-  
ris à causa calida.

*Trypherum Galeni.*

Rz. Cadmixæ lotæ 3 xvij.

Ceruse 3 viij.

Amyli, Gummi,

Tragac

Tragacanthæ ana 3 iiiij.

Opij 3 ij.

Fiat collyrium cum

Aquæ pluuiæ q. f.

\*Ad epiphoras, & affectiones oculorū:  
vide sequens.

*Aliud Galeni.*

Rz. Cadmiæ lotæ 3 xvij.

Amyli,

Thuris ana 3 viiij.

Ceruſæ 3 xlviij.

Opij 3 vj.

Gummi 3 xvi.

Fiat collyrium cum

Aquæ pluuiæ q. f.

\*Ad inustiones oculorū, pustulas, che-  
moseis, maximè in his, qui nullam mor-  
dacidatatem perferre possunt.

*Cygnus Galeni.*

Rz. Cadmiæ 3 xvij.

Ceruſæ lotæ 3 viiij.

Amyli, Tragacanthæ,

Acaciæ,

Opij ana 3 iij.

Gummi 3 xij.

Fiat collyrium cum

Aquæ pluuiæ q. f.

\*Ad maximos dolores & affectiones o-  
culorum.

*Dia-*

*Diarhodon Nilei ex Galeno.*

Rz. Rosarum, 3 iiiij.

Croci 3 ij.

Gummi 3 iiiij.

Opij,

Nardi indicæ ana 3 j.

Aquæ pluuiæ q. s. Fiat collyrium.

\*Ad doloris molestias, fluxum vberem,  
ac tenuem, pustulas, prolapsus oculorū.

*Aliud Mesuæ, sief de rosis dictum.*

Rz. Foliorum rosæ 3 xv.

Croci,

Gummi arabici ana 3 viij.

Opij,

Nardi indicæ ana 3 ij.

Fiat sief cum

Aquæ pluuiæ q. s.

\*Eadem quæ præcedens potest.

*collyrium seu sief de Thure.*

Rz. Cadmiæ, Opij,

Pompholigis, Gummi ana 3 vj.

Thuris ana 3 x. Aquæ pluuiæ q. s.

Cerulæ 3 xl. Fiat collyrium.

\*Ad fluxiones oculorum & chemoseis.

*Aliud Mesuæ.*

Rz. Thuris 3 x. Sarcocollæ añ 3 v.

Ammoniaci, Croci 3 ij.

Fiat sief cum

Macilaginis fœnigræci q. s.

X

\*Vlce

\*Vlcera oculorum dicit ad maturitatem.

*Collyrium Nardinum.*

R. Cadmiæ,	Acaciæ ana	3	x.
Croci,	Nardi indice	3	iiij.
Gummi ana	3	xij.	Opij,
Aeris vsti	3	v.	Myrrhæ ana
Stibij,id est,anti-			3 v.
monij,	Vini q. s.		Fiat collyrium.

\*Ad doloris vexationes, fluxum tenuē  
& multum, pustulas & aspreitudines ocu-  
lorum.

*Diaœnu.*

R. Cadmiæ,			
Lapidis hæmatitæ,			
Alumnis scissilis ana	3	x.	
Aeris vsti	3	vij.	β.
Chalcitidis	3	vij.	
Seminis papaveris	3	v.	
Maceretur semen papaveris in aquæ plu-			
uiæ q. s. Exprimatur, & reliquis tritis fiat			
collyrium cum vini austeri q.s.			
*Ad claritatem & cicatrices oculorū.			

*Diahematites.*

R. Aeris vsti & loti	3	xxiiij.	
Lapidis hæmatitæ	3	j.	
Croci,	Gummi	3	xij.
Opij ana	3	iiij.	Aceti q. s.
Fiat collyrium.			

\*Aspr

\* Aspretudinibus commodum: facit ad veteres affectiones, ad ficosam, & ad omnem extuberantiam oculorum.

*Diamyrrha.*

Rz. Cadmiæ lotæ 3 xxvij.

Lapidis hæmatitæ vsti & loti 3 xxv.

Spodij 3 xxiiij. Piperis albi, Gnu.

Myrrhae 3 vij. xxx.

Croci 3 β. Gummi 3 vi.

Opij 3 j. Vini q.s.

\* Accommodatum est ad veteres affectiones oculorum: facit & ad rhœadas & ægylolas.

*Viride Antæ.*

Rz. Cadmiæ 3 vij.

Myrrhae 3 iiij.

Croci 3 vij.

Opij 3 iiij.

Plumbi vsti & loti 3 j.

Squammarum æris,

Nardi indicæ,

Acaciæ ana 3 vij.

Gummi 3 xxiiij.

Fiat collyrium cum aquæ pluviæ q.s.

\* Ad doloris molestias, pustulas, inustiones, prolapsus, confusiones oculorum.

*Aliud viride.*

Rz. Cadmiæ vstæ, & vino odorato extinctæ

3. j. Croci,

X 2 Sibij.

Stibij, id est, antimonij vsti & in lacte extincti ana 3 iiij.

Amyli 3 i.

Gummi 3 ii.

Succi anagallidis fœminæ q. s.

\*Ad idem valet.

*Aliud Mesua.*

Rz. Aeruginis æris 3 iiij.

Calcanthi vsti 3 vj.

Auripigmenti rubri,

Spumæ nitri,

Spumæ maris ana 3 iiij.

Ammoniaci 3 j. β.

Salis hammoniaci 3 β.

Ammoniacum macerato in aqua rutæ, &  
fac collyrium.

\* Eiusdem facultatis est ferè cum sief  
rubro sequenti.

*sief rubrum Mesua.*

Rz. Seminis cannabis 3 iiij.

Aeris vsti,

Myrræ ana 3 ij.

Croci 3 j.

Piperis nigri 3 β.

Aquæ pluuiæ q. s.

Si voles acrius, adde Aeruginis æris,

Salis hammoniaci ana 3 β. Fiat sief.

\*Vtile est oculorum scabritiei, prurigi-  
niq; suffusionibus & vngui.

*Aliud*

*Aliud Galeni.*

Rz. Cadmiæ 3 xl. Piperis albi,  
Chalcitudis vſtæ, Gummi ana 3 xx.  
Fiant pastilli cum Aquæ q. s.

\* Ad lippitudinem, sycosin, & carnis  
ex crescentias.

*siefluteum Mesuæ.*

Rz. Cadmiæ lotæ, vſtæ, & in lacte mulie-  
bri macerata 3 x.

Cerusæ lotæ 3 viii.

Squammæ ferri 3 iiiij.

Opij 3 ij.

Tragacanthæ,

Gummi arabici ana 3 iiiij.

Fiat sief cum

Aquæ pluiae q. s.

\* Confert doloribus oculorum vehemē-  
tibus à causa calida.

*E cornu Ceruino.*

Rz. Cornu cerui vſti & loti,

Thuris, Opij, 3 j.

Plūbi vſti & loti añ. 3 iiiij. Gumi 3 iiiij.

Squammæ æris lotæ 3 ij. Fiat collyriū  
cum Aquæ pluiae q. s.

\* Facit ad vlcera & pustulas oculorum,  
cicatrices exterit.

*Aliud.*

Rz. Plumbi vſti & loti,

Cornu ceruini vſti & loti ana 3 xvij.

X 3 Thu

Thuris,  
 Acaciae,  
 Spodij ana 3 viij.  
 Amyli 3 iiij.  
 Opij,  
 Squamme aris ana 3 ii.  
 Croci 3 viij.  
 Myrrhae 3 iiij.  
 Tragacanthae 3 j.  
 Gummi,  
 Seminis hyoscyami ana 3 viij.  
 Fiat collyrium cum mucagine semenis  
 hyoscyami.

\*Ad eadem efficax.

*Libianum.*

R. Cadmia vestae & lotae,  
 Cerusae lotae,  
 Stibij, id est, antimonij vesti & loti ana  
     3 xvij.  
 Plumbi vesti & loti 3 viij.  
 Amyli 3 xij.  
 Pompholigis,  
 Myrrhae, Terrae samicæ,  
 Tragacanthæ ana 3 viij.  
 Opij,  
 Fiant pastilli cum albumine oui.

\*Ad pustulas, inustiones, rupturas, con  
cauitates, oculos purulētos, chemoseis, sta  
phylo mata, & ad circum molestantem do  
lorem

lorem facit, & cicatrices exterit.

*Aliud.*

Rz. Pompholigis 3 viij.

Cadmiæ vltæ & lotæ 3 xvij.

Stibij, id est antimonij vlti & loti 3 xij.

Cerusæ lotæ 3 xvij.

Amyli 3 xij.

Terræ samicæ,

Plumbi vlti ana 3 viij.

Myrrhæ,

Opij,

Tragacanthæ ana 3 ij.

Formentur pastilli cum

Aqua pluuiæ q. s.

\*Eiusdem cum priore facultatis.

*sief de Plumbo Mesue.*

Rz. Plumbi vlti,

Antimonij, Gummi arabici,

Tutiae lotæ, Tragacathæ an 3 viij

Aeris vlti, Opij 3 β.

Fiat sief cum Aqua pluuiæ q. s.

\* Replet & consolidat vulnera oculorū.

## D E O L E I S.

### Sectio nona.

*Oleum Rosatum vulgare.*

**R**Ecip. Olei communis lib. iiiij.

Rosarum rubrarū purgatarū 3 xvij.

X 4

Macer

Macera, & insola per octo dies: Rosas exemptas bene exprime, atq; alias impone ut supra: atque ita tertium fac: Cola & serua.

Nonnulli in tertia infusione rosas relinquunt.

\*Refrigerat & adstringit, inflammatio nibus præsidio est, astuantem ventriculum restinguunt, erosiones intestinorū clysteribus inditum, & dolores dentium, si eo colluantur, sanat.

*Oleum rosatum completum Mefiae.*

Rz. Olei ex oleis maturis, aqua fontana multoties loti, quantum voleas: deinde immitte folia rosarum rubrarum apertarū reputgata quantum satis est in vitreum vas: obturetur vas, ac per dies septem insola: coque tribus horis in vase dupli. Expressis foliis & abiectis, noua immitte insola iterum, coque in balneo, & expime ut prius: tertio noua immitte rosarum folia, quibus addes aquæ infusionis rosarum (eo modo confectæ ut in syrupo rosa to dictum est) quartam partem: misce, in sola dies quadraginta in vase vitro obtutato: post excola, expime, & addito rosarum succo, iterum diu insola.

Alij partem infusionis sumunt, & succi rosarum partem alteram, & eo quo supra dict

dictum est modo conficiunt.

\* Roborat, resoluit commode, lenit, & sedat.

*Oleum rosatum Pauli.*

R. Rosarum exemptis vnguisbus ʒ iiiij.  
Olei omphacini ʒ vi.

Immitte in vas vitreum obturatum ne ex  
piret: dies quadraginta insolato.

Alij non insolant, sed puto imponunt, sus  
pensum proximè aquā dies quadraginta.

\* Inflammationes extinguit, roborat,  
cogit, densat, fluxiones fistit, & materia-  
rum per corpus fluxum cohibet.

*Oleum Rosatum Omphacinum.*

R. Olei oliuarū immaturarum loti # j.  
Rosarum rubrarum purgatarum ʒ iiiij.  
Tritis rosis, & oleo impositis, fac ut dictū  
est, ter rosas permutando.

\* Eiusdem cum superiori facultatis.

*Oleum chamælinum Pauli.*

R. Florum chamæeli, déptis foliis albis  
ʒ iiij. Olei oliuarum # ij. β.  
Siccentur flores in umbra 24. horis, dein-  
de immitte cum oleo in vas vitreum an-  
gusti oris, bene obturatum, & quadragin-  
ta dies insolato.

\* Initio colici, arthritici, & aliorum do-  
lorum præstantissimum est, parum enim  
repellit & modicè digerit.

*Oleum Cydoniorum Mesua.*

Fit ex carnis cydoniorum præmaturo-  
rum cum cortice,  
Succi cydoniorum ana ʒ vi.  
Olei oliuarum immaturarum lb iij.  
Omnia in vas vitreum obturatum immit-  
tito, & diebus quindecim insolato: dein-  
de horis quatuor coquito in duplice vase.  
Cola & exprime: in expressione caro &  
succus mutetur: rarsum in soleatur, coqua-  
tur, & exprimatur ut diximus: tertium sic  
facito. postremò colatum reconde ne per-  
spiret.

\*Refrigerat, adstringit: ob id ventrem  
totum inferiorē, & nervos laxiores cogé-  
do roborat, sudores immodicos fistit.

*Oleum Mastichinum Mesua.*

Rz. Olei rosati omphacini lb j.

Mastiche ʒ iij.

Vini odoriferi ʒ iiij.

Omnia in vase vitro imposita coquātur  
in duplice vase ad vini consumptionem.

\*Cerebrum, nervos, iuncturas, ventricu-  
lum, hepar corroborat, tumores duros le-  
nit, dolores sedat.

*Oleum Absinthij.*

Rz. Comarum absinthij ʒ iiiij.

Olei Omphacini lb j.

Insolato in vase vitro, absinthiumq; per  
mut-

mutato ter, veluti de rosis dictum est in  
oleo rosato.

\*Calfacit ac roboret ea quæ sunt refrigera-  
tora, potissimum vero ventriculum,  
excitat appetitiam, obstrunctiones au-  
fert, lumbricosque enecat.

*Oleum Menthae.*

R. Menthæ domesticae ʒ iiiij.

Olei omphacini ℥ j.

Fiat ut supra.

\*Ventriculum refrigeratum & imbe-  
cillum calefacit: firmat nauseam, vomi-  
tumque reprimit, appetitiam excitat,  
coctionemque iuuat.

*Oleum Sambucinum.*

R. Olei veteris ℥ j.

Florum sambuci ʒ iiiij.

Fit ut oleum rosatū, ter flores innouando.

\*Lenit, abstergit, & mundificat cutim,  
medetur ieteritiæ, & maximè hepati infir-  
mo, obstructo, & plurimum confert do-  
loribus iuncturarum.

*Oleum Populinum Nicolai.*

R. Olei ℥ vij. ʒ ij.

Vini ℥ iiiij.

Gemmarum populi arboris recentium

℥ iiij.

Gemmae populi diutissimè terantur, & ma-  
cerentur in vino & oleo diebus septem,  
post

pōst coquantur in dupli ci vase usque ad consumptionem vini, deinde exprimatur oleum & reponatur.

\*Expedit ad capitis dolorem, arthriticis, nephriticis, & podagricis, & ubique dolor fit.

*Oleum Liliorum simplex.*

R. Florum liliorum alborū, abiecto quod croceum est ʒ iiiij.

Olei veteris ℥ j.

Fit ut oleū rosatū, ter lilia renouāda sunt.

*Oleum Liliorum compositum.*

R. Foliorum liliorum alborum ʒ ix.

Masticas,

Calami aromatici,

Carpobalsami ana ʒ i.

Caryophyllorum,

Cinnamomi ana ʒ β.

Croci ʒ iij.

Omnia præter liliorum folia aqua sufficiente viginti quatuor horis macerentur, deinde paululum coquantur, & additis liliis, oleique veteris ℥ iiij. aliquantulum bulliant: Tunc omnia iniecta in vas vitreum insola dies quadraginta: pōst collatum & bene obstructum reponatur.

\*Calfaciunt, resoluunt: ob id à frigore dolores thoracis, ventriculi, coli, vteri, renum, vesicæ sedat, lenit & coquit.

*Oleum*

*Oleum Irinum Mesue.*

Rz. Radicum ireos ℥ j.  
 Florum eiusdem ℥ iiij.  
 Macerentur in decoctione aliasum radicum ireos q. s.  
 Olei veteris ℥ iij.  
 In vase duplice coque, exprime, radicēsq; nouas & flores immittit, coquātur denuo, & tertium, colatum seruato & obturato.

\* Terget, tenuat, coquit, resolut potenter: ob id à frigido dolores aurium, hepatis, splenis, vteri, articulorum sedat, phlegmonas coquendo suppurat, materias thoracis, & pulmonis coquit: strumas dissipat, & alios tumores duros, spasim e-mendat, & narium fætorem.

*Aliud Nicolai.*

Rz. Olei veteris ℥ xiiij.  
 Aqua ℥ iiiij. ʒ iij.  
 Radicum iridis ℥ iiij. ʒ iiiij.  
 Florum liliorum alborum ʒ xv.

Cyperi recentium ʒ vij.  
 Radicum { Helenij ʒ iij.  
 Buglossæ ʒ iij.  
 Cinnamomi,  
 Nardi indicæ,  
 Asæ odoratæ ana ʒ iiiij.  
 Contundantur radices & aliæ species, & macerentur in oleo & aqua diebus quinq;

ad So

ad Solem vel loco calido: postea in dupli-  
ci vase coquito donec aqua consumpta  
fuerit. Refrigerare finito, colato, expri-  
mito, & reponito.

\*Vsurgatur ad diuturnum catharrum  
naribus illitum. Ozenas & putredines na-  
rium auferit, tinnitus aurium cum aceto  
& ruta ex amygdalis amaris commix-  
tum & auribus inieictum tollit, asthmati-  
cis gargarismo adhibito opitulatur: hæ-  
morrhoidas veteres inunctum sine colo  
inieictum educit.

*Oleum Ligustrinum siue de Alcanna.*  
Rx. Florum ligustri ʒ iiiij.  
Olei veteris ʒ x.  
Fit ut rosatum.

\*Partes nervosas roborat, capillos à ca-  
nicie vindicat.

*Oleum Nardinum simplex Mesue.*  
Rx. Nardi indicæ ʒ iii.  
Vini,  
Aquæ ana ʒ ii. ℥.  
Oleiloti ℥ j. ℥.  
Minutim incisam macera, & coquantur  
in dupli vase, donec vinum & aqua per  
vaporem resoluantur, coletur deinde o-  
leum & reponatur.

*Oleum Nardinum compositum Mesue.*  
Rx. Nardi indicæ ʒ iiij.

Sam

Sampsuchi, id est, maioranæ  $\frac{3}{2}$  ij.

Ligni aloës,

Enulæ, Folijindi,

Calami aromatici,

Foliorum lauri,

Cyperi,

Schœnanthi,

Cardamomi ana  $\frac{3}{2}$  j.  $\beta$ .

Contundantur omnia leuiter, & illis

adfunde Vini,

Aquæ ana q. f.

Olei loti  $\frac{1}{2}$  vj.

Macerentur horis duodecim, deinde co-  
quantur in duplici vase secundum artem.

\*Calfaciunt, tenuant, digerunt, modicè  
adstringūt, proinde affectus omnes frigi-  
dos & flatulentos cerebri, ventriculi, he-  
patis, lienis, renum, vesicæ, vteri magnō-  
perè iuvant, naribus iniectum caput pur-  
gant, corporis colorem & odorem com-  
mendant.

*oleum Sampuchinum.*

Rq. Foliorum sampsuchi, id est, maioranæ

M. jjj.

Serpilli M. jj.

Foliorum myrti M. j.

Abrotoni,

Sisymbrij seu menthæ aquatice ana M.  $\beta$ .

Casiæ  $\frac{3}{2}$  jj.

Olei

Olei omphacini quantum sufficit.

Concidito & contundito omnia & impone in vitreum vas, & insola diebus octo: postea expime, & alias species infunde, coque rursus, & tertium idem facito: deinde colatum repone.

\*Lassitudini vtile est, & morbis cerebri & neruorum frigidis prodest, ob id spinæ in balneo inunctum paralysin iuuat, & spasmum cynicum, vulgo torturam oris, naribus iniectum: vt auribus immisum, à flatu tinnitus dissipat, menses ciet, mortui scorpionis prodest.

*oleum Moschellini Nicolai Alexandrini.*

Pz. Olei puri ℥ viij.

Aquæ ℥ iiij.

Folij,

Nardi indicæ,

Costi,

Masticæ ana ȝ iij.

Styracis calamitæ,

Croci,

Nuces moschatas num. iiij.

Folium, myrrham, casiam, carpopbalsamū & bdellium tere, & per biduum in aqua & oleo macera, postea coque supra lentum ignem in duplice vase usque ad consumptiōnem aquæ: deinde cola, & reliqua in tenuissimum puluerem redacta insperge

præter

pr̄ter moschum:iterum macera & coque  
parumper:vltimō moschum addito: pro-  
bē omnia misceto & repone,& interdum  
vas agitato.

\*Est optimum ad omnem frigiditatem  
corporis, potissimum ventriculi, & ad do-  
lorem lateris foris inunctum:Stranguria  
& colico vexatis , & ad omne neruorum  
vitium illitum optimē facit, miscetur epi  
thematibus & emplastris quæ ad stoma-  
chi & renum affectiones asciscuntur.

*Oleum Hyperici.*

Rz. Summitatum hyperici ȝ iij.

Macerentur in vino odorifero diebus tri-  
bus & noctibus , bulliant deinde in vase  
duplici obturato orificio vasis:postea ex-  
prime, & recentis hyperici summitatum  
bene tritarum par pondus iniice, & ma-  
cera dies tres ac noctes:postea adde.

Terebinthinæ ȝ iij.

Olei veteris ȝ vj.

Croci ȝ j.

Coquantur in duplici vase vsque ad vini  
consumptionem, cola & repone.

\*Calidum est & siccum , & tenuium  
partium : vulnera incisorum neruorum  
consolidat & combustionem ignis : sedat  
dolores fœmoris & vesicæ , & prouocat  
vrinam.

Y                   Oleum

Oleum Hyperici Magistrale.

Rz. Olei veteris lib. iiiij.

Vini albi potentis lib. j.

Florum hyperici cum semine recentium  
M. iiiij.

Tere & macera in vase vitro, obturato  
eius orificio, duos dies: coque in duplice  
vase, & fortiter expime: in colaturam  
in iuice alios flores, ut dictum est, & tertio  
idem facito: deinde colato, & ad singulas  
colaturae libras adde

Terebinthinae 3 vj.

Olei absinthij 3 iiij.

Dictamni,

Gentianae,

Cardui benedicti.

Tomentillae,

Carlinae,

Calami aromatici ana 3 iiij.

Lumbricorum in vino pluries lotoru 3 iiij.

Terantur omnia & insolentur triginta aut  
quadraginta diebus, & bene obturatum  
reponas.

\*Ad eadem vtile, superiori tamen effi-  
cacious est.

Oleum de capparibus.

Rz. Corticis radicum capparis 3 j.

Corticis tamarisci,

Foliorum tamarisci,

Seminis

Seminis agni,

Ceterach siue asplenij,

Cyperi ana ʒ ij.

Olei oliuarum ℥ j.

Aceti albi fortis,

Vini albi ana ʒ ij.

Trita leviter coquantur in duplici vase

vsque ad vini consumptionem & aceti.

\*Ad duritatem, obstrukcionem, & dolorē

splenis vtile est, & omnē eius ægritudinē.

*Oleum Vulpinum Mesuæ.*

Rz. Vulpē integrā exemplis interaneis,

Aquæ fontanæ;

Aquæ marinæ ana q. f.

Olei veteris clari ℥ iiiij.

Salis ʒ iij.

Coquantur, & inter coquendū adiice

Anethi,

Thymi ana ℥ j.

Coquantur autem donec ab ossibus rece-

dat caro, & aqua consumatur, deinde ex-

coletur oleum & reponatur.

\*Ad podagras, reliquasque arthritidis

species, ac dorsi, renūmque dolorem est

efficacissimum.

*Oleum Scorpionum simplex Mesuæ.*

Rz. Scorpiones num. xxx.

Olei amygdalarum amararum ℥ ii.

Macerentur in vase vitreo stricti orificij

Y 2 probè

probè obstructo, & insolētur per dies xxx.  
caniculares, vel aliàs tota æstate calidissi-  
mis diebus, posteà colatū ad usus reponē.

\*Lapidem renū & vesicæ frangit &  
expellit, lumbis, pubi perineo illitum, aut  
per meatum vrinarium iniectum.

*Oleum scorpionum compositum Mesue.*

Rx. Aristolochia rotundæ,

Gentianæ,

Cyperi,

Corticū radicum capparis ana 3 i.  
Olei amygdalarum amararum 1b j. β.  
Macerentur in oleo contusæ radices ad  
Solem feruidum diebus xx. in vase vitro  
probè obturato: deinde coquantur aliquā  
tulum in duplice vase, iniectis ad ultimū  
scorpionibus viuis num. xx.

Iterum serenis diebus xxx. insolentur: po-  
strem excolatum oleum reponatur.

\*Hoc efficacius est priore, præterea mi-  
randarū est virium contra venena omnia  
& pestilentiam.

*Oleum castorei magistrale.*

Rx. Castorei, Opopanaxis,

Styracis calamitæ, Carpolbalsami,

Galbani, Spicæ nardi indicæ,

Euphorbij, Costi ana 3 ij.

Casix, Cyperi,

Croci, Schœnanthi,

Piperis

Piperis longi, Pyrethry ana 3 ij.  $\beta$ .  
 Piperis nigri, Olei lb. iiiij.  
 Sabinæ, Vini lb. iiij.

Galbanum & opopanax in vini parte  
 seorsim dissolues, deinde reliqua omnia  
 contusa cum oleo & reliqua vini parte co-  
 ques ad vini consumptionem in duplice  
 vase: postea cola, & gummi dissoluta oleo  
 adfundes, & iterum coques in duplice va-  
 se ad consumptionem vini, & saepius mi-  
 scens repone.

\*Optimum est ad frigidos affectus par-  
 tium omnium praesertim neruosalium,  
 medetur paralyssi, spasmo, tetano, & sedat  
 acerrimos rigores & frigora febrium, si  
 spina dorsi liniatur.

*Oleum ex Euphorbio Mesiae,*

R. Euphorbij 3  $\beta$ .

Olei cheyrini 3 v.

Vini tantundem,

Coque in duplice vase ad vini consum-  
 ptionem.

\*Iuuat maximè frigidos cerebri & ner-  
 uorum affectus, cephalalgiam, hemicra-  
 niam, lethargum naribus immissum: ar-  
 ticulorum quoque & hepatis & splenis do-  
 lores illitum iuuat.

Y. 3      Oleum

*Oleum Coſtinum Mesuæ.*

Rz. Coſti ȝ iij.

Caſix ȝ j.

Summitatum ſampsuchi ȝ viiij.

Vini q. f.

Olei oliuarum ȝ iiij.

Trita macerentur biduo:deinde coquantur in dupli ci vase ad conſumptionē vini.

\*Calfacit, obſtructa aperit, neruolum genus roborat, vt neruos, muſculos, tendones, ligamenta, ventriculum: præter hæc, hepar & capillos: canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat.

*Oleum ex Styraſe.*

Rz. Styracis ȝ iiiij.

Olei communis ȝ j.

Vini q. ſufficit.

Coque in dupli ci vase ad vini conſumptionem.

\*Calfacit: ob id cōfert dolentibus à friore renibus, velicx, vtero, neruis, muſculis, tendonibus, iuncturis.

*Oleum Papauerinum.*

Rz. Capitum papaueris,

Foliorum papaueris,

Florum papaueris ana partes æquales,

Olei q. f.

Inſolato

Insolato in vase vitro per octiduum: deinde  
cola, & noua rursus immittit; idem ter-  
tio facito: postremo colatum repone.

\* Intemperiem calidam sanat & inde  
ortum dolorē somnum quoq; conciliat.

*Oleum Mandragore Nicolai.*

R2. Olei communis lb ij.

Succi pomorum mandragorae ȝ iiiij.

{ Hyoscyami albi ȝ ij.

Papaueris nigri ȝ iiiij.

Violarum.

Cicutæ ana ȝ j.

Opij,

Styracis calamitæ ana ȝ β.

Succi cum oleo decem diebus ad Solem  
macerentur, deinde coquantur in duplice  
vase ad succorum consumptionem: cola,  
& opium cum styrace dissolutum paucu-  
lo oleo probe misceto, & repone.

\* Ad nimios capitum dolores valet, &  
phreneticis male dormientibus, fronti il-  
litum, & naribus injectum vehementer  
opitulatur: pulsibus brachiorum & plan-  
tis pedū illitū quocunque modo vigiliis  
fatigatū, celerrimè obdormiscere facit.

*Oleum Nymphaeatum.*

R2 Florum nymphæ ȝ iiiij.

Olei omphacini lb j.

Maceretur in Sole diebus decem: deinde

Y 4 exprim

exprime & nouos flores immitte, tertio idem facito.

\*Vires habet violati, refrigerat tamen magis quam violatum, minus quam pauperinum: hypnoticis, & intemperiem partium, ut renum, calidam sanatibus utiliter miscetur, & veneris tentiginē prohibet genitali inunctum: somnum etiam conciliat.

*Oleum Myrtinum Mesiae.*

Rz. Succi Foliorum myrti lib. i.  
Olei communis, id est, oliuarum lib. ii.  
Coquantur in duplice vase ad succi consumptionem, & adde

Ladani 3 ij. Misce & repone.

\*Cerebrum, neruos, cor, ventriculum roborat.

*Oleum Lumbricorum,*

Rz. Lumbricorum terrestrium lib. β.  
Probè lauentur in vino, deinde immittantur in

Olei rosati omphacini lib. iiij.

Vini 3 ij.

Coquantur in duplice vase ad vini consumptionem, colatum repone.

\*Neruos infrigidatos confortat, & utile est doloribus iuncturarum.

*Oleum Balsami Magistrale.*

Rz. Terebinthine lib. j. Olei veteris 3 vj.  
Olei

Oleilaurini ʒ iiij.

Spicæ nardi,

Cinnamomi ana ʒ ij.

Tegularum recentium bene coctarum  
ʒ viij.

Tritis triturandis, per alembicū destilla.

\* Vrinam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurum tinnitui à flatu cras-  
so, paralyfi, spasmō cynico, ischiadi, go-  
nagræ, podagræ, & cæterarum iunctura-  
rum doloribus prodest, potum aut inun-  
ctum: sed parua eius portio, aquæ affectui  
aptæ mista, bibatur.

*Oleum Balsami Petri de Ebano.*

Rz. Myrræ,

Aloës,

Spicæ nardi,

Sanguinis draconis,

Thuris,

Mumiæ,

Opopanacis,

Carpobalsami,

Bdellij,

Hammoniaci,

Sarcocollæ,

Croci,

Masticæ,

Gummi arabici,

Styracis liquidæ ana ʒ ij.

Y 5 Ladani

Ladani,

Castorei ana ʒ ij. β.

Moschi ʒ β.

Terebinthinæ ad pondus omnium.

Trinitatis conterendis, miscentur omnia & alkemico destillentur secundum artem.

\*Eadem potest quæ præscriptum & efficacius.

*Liquore exsiccans ad Vulnera.*

R. Myrrhæ,

Aloës,

Thuris,

Masticæ ana ʒ j.

Terebinthinæ ℥ ij.

Resinæ abietinæ,

Radicum consolidæ ana ʒ iij.

Gummi elemi ʒ ij.

Croci ʒ j.

Aquæ vitæ ℥ iij.

Contusis contundédis, & omnibus probè mixtis, immitte in vitreū vas, obstructo orificio, bulliat omnia in dupli vasa una hora: deinde colatum recondatur in phiala vitrea bene obturata.

DE

D E V N G V E N T I S ,  
E M P L A S T R I S , E T  
C E R A T I S .

## Sectio decima.

*Vnguentum infrigidans Galeni.*

R Ecip. Olei rosati omphacini ℥ j.  
Ceræ albæ ʒ iij.

Ceram in oleo liquabis, & sepius aqua fri-  
gida lauabis donec albescat: postremum  
aqua rosacea lauato, & paululum aceti  
rosati addito.

\*Refrigerat febres ardentes, calorē he-  
patis, & sedat dolores capitis circū tēpo-  
ra, super hepā, & per spinā dorsi linitum.

*Vnguentum pectorale Magistrale.*

R2. Olei amygdalarum dulcium ʒ iiiij.

Olei chamæmeli,

Olei violati ana ʒ iij.

Butyri recentis ʒ vj.

Adipis gallinæ,

Adipis anatis ana ʒ iij.

Iridis ʒ ij.

Croci ʒ β.

Ceræ albæ ʒ iij.

Ceram & adipes in oleis liquato, deinde  
sepius lauato aqua Capillorum veneris,  
aut aqua hordei,

His

His probè lotis, adde iridem & crocum  
in tenuissimum puluerem redacta.

\*Mitigat dolores pectoris & tussim, di-  
gerit, maturat, facilitat sputum, & resoluit  
pleuresim.

*Vnguentum stomachicum Magistrale.*

Rz. Olei absinthij.

Masticini,

Nardini ana ȝ j.

Rosarum rubrarum,

Coralli rubri,

Caryophyllorum,

Cinnamomi,

Ligni aloës,

Mastiches, Menthæ,

Schœnanthi ana ȝ j.

Ceræ quantum sufficit.

Fiat vnguentum secundum artem.

\*Ventriculum & hepar roborat, horū  
dolorem à frigido lenit, appetentiam ex-  
citat, coctionem iuuat.

*Vnguentum ad vermes magistrale.*

Rz. Succi

Absintij,

Abrotoni,

Centaurij minoris,

Radicis aristolochiæ rot.

Persicariæ,

Foliorum persicæ,

Foliorum lupini,

Radic

Radicum ebuli,

Balaustij ana ʒ j.

Succi Porri ʒ ij.

Nasturtij aquatichi ℥ j.

Olei absinthij ℥ j. β.

Ceræ q. f.

Fiat vnguentum secundum artem.

*Vnguentum ad oculos Magistrale.*

R. Carnis pinguis exsiccatæ,

Maluatici vini ana ʒ iij.

Tutix præparatæ ʒ j.

Ceræ albæ q. f.

Caro cum maluatico coquatur usque ad  
vini maluatici consumptionem, deinde  
cola, & cera liquata, adde postremò tutiæ:  
probè commisceto & repone.

*Aliud Magistrale.*

R. Butyri recentis ʒ iiij.

Ceræ albæ ʒ j.

Liqua, & lava sèpius aqua rosacea, & pru-  
norum, & adde

Tutix præparatæ ʒ β.

Camphoræ ʒ ij. Fiat vnguentum.

*Vnguentum ad Ambusta Magistrale.*

R. Olei rosati ʒ viiij.

Olei ex ouis ʒ ij.

Nirri albi puluerisati tantundem,

Ceræ albæ ʒ j. β.

Corticis mediani sambuci M j.

Fiat

Fiat vnguentū lento igne secundū artem.

*A liud ad idem.*

R. Hederæ foliorum,

Baccarum hederæ ana part. æquales.

Contunde & succum exprime:

Ex huius autem succi lb j.

Olei communis tantudem

Ceræ q. s.

Fiat vnguentum.

*Vnguentum de Artanita maius mesua.*

R. Succi cyclaminis lb iij.

Cucumeris agrestis lb j.

Olei irini lb iiij.

Butyri lb j.

Pulpæ colocynthidis ȝ iiiij.

Polipodij ȝ vij.

Euphorbij ȝ β.

Contundenda teratur, & macerentur suc  
cis & oleis dies octo in vase vitro: post  
semel feruefac in dupli vase, colatur: Cola-  
turæ adde.

Sagapeni ȝ vij. β.

Myrrhæ ȝ iij.

Dissoluantur hæc in aceto, & coquantur  
in prædicta colatura ad succorum con-  
sumptionem: deinde adde

Ceræ ȝ nov. v.

Fellis vaccini ȝ vij. β.

Feruefac simul donec cera liquefac: runc

insp

insperge paulatim puluerem subsequen-  
tium medicamentorum.

Scammonij,

Aloës,

Colocynthidis,

Mezerei,

Turbith ana 3 vij. fl.

Salis gemmæ 3 iiiij. fl.

Euphorbij,

Piperis longi,

Zingiberis,

Chamæmeli ana 3 iij.

Misce & fiat vnguentum.

\* Illitum stomacho , vomitu purgat :  
hypogastrio autem inunctum , aluum  
deicit: ob id hydropicos mirè iuuat seor-  
sum excrementum largè vacuando : ver-  
mes quoque necat & educit. Adhibetur  
non potentibus sumere medicamentum  
purgans.

*Vnguentum Rosatum Meſuæ.*

R. Axungia porcinæ ℥ j.

Lauatur nouies aqua calente, & toties fri-  
gida: deinde addito

Rosarum rubrarum recentium ℥ j.

Probè terātur, & marcescant cum ea dies  
septē: coque igni lento, cola: rursus tātu-  
dem rosarū recētiū cum ea tere ut suprà:  
idem

idem fac tertio : quartò autem præter rosas affunde

Succi rosatum rubratum ʒ vi.

Olei amygdalarum dulcium ʒ v.

Coque igni lento ad succi consumptio-

nem , cola & repone,

Alij addunt Opij ʒ j.

\*Phlegmonas, erysipelata, herpetas sedat, cephalalgiam calidam, & ventriculi ac hepatis intemperiem calidā mitigat.

*Vnguentum Violatum.*

Fit vt rosatum, sed ex violis nigris.

\*Idem quod rosatum pollet : præterea pleuritidi , & thoracis inflammationi prodest.

*Vnguentum Somniferum.*

Rz. Olei papauerini,

Nymphæ ana ʒ β.

Opj,

Casix,

Croci ana ʒ j.

misce cum pauca cera.

*Vnguentum album A uicennæ, Vnguentum de Cerusa dictum*

Rz. Lithargyri ʒ i.

Ceruse ʒ v.

Ceræ albæ ʒ viij.

Olei rosati ʒ ij.

Albuminis ouorum num. ij.

Cera

Cera liquata in oleo rosato lento igni, in-  
iice cerusam & lithargyrū probè contrita  
misce, & postremō ad dealbumen oui.

Alij addunt caphuræ momentum &  
caphuratū vocant.

\*Pollet aduersus vlcera, scabiem & adu-  
stionem.

*Vnguentum de Tutia Magistrale.*

R2. Olei rosati,

Olei omphacini ana ʒ vj.

Olei myrtini,

Vnguenti populei ana ʒ ij.

Foliorum plantaginis,

Solanī ana M. ij.

Herbas minutim incisas cum oleis misce-  
bis, & diebus octo marcessere sines: dein-  
de coctas aliquantulum colabis, & colar-  
turæ addes

Ceræ albæ ʒ iiij. β.

Coquantur igni lento donec cera liquata  
sit, semper agitādo, aufer ab igne & adde  
Lithargyri ʒ vj.

Pompholigis siue tutiæ præparataæ,

Cerusa tritæ ana ʒ ij.

Plumbivisti ʒ vi.

Caphuræ ʒ j.

Omnia in pilam plumbeam iniecta horis  
duabus continuis agitentur, deinde in va-  
se vitrato reponantur.

Z

*Aliud*

*Aliud simile, Nicolai.*

R. Olei rosati,

Ceræ alboæ ana 3 vj.

Succi solani 3 j.

Cerusæ lotæ 3 ij.

Plumbi vsti & loti,

Tutix præparatæ ana 3 j.

Thuris 3 β.

Ceram liqua cum oleo lento igni, & in pilam plumbeam iniice, additis quæ tereda sunt in tenuissimum puluerem reductis, moue continuo, & paulatim succum superdictum instillato, perpetuo mouens sex horis continuo.

\*Vtilia sunt ad exsiccāda erysipelata, vulnera sordida purganda, & sananda tibiarū ulcera, aliorum locorum concava vel dissipata replent, refrigerat & cicatrizat.

*Vnguentum de Lithargyro.*

R. Lithargyri 3 ii. Aceti 3 j.

Cerusæ 3 β. Olei rosati q. s.

Fiat vnguentum lento igni: Potest etiam fieri crudum in mortario plumbeo.

\* Ulcera, & excoriationes à calore Solis, strictiore calceo, itinere, equitatione, frictione, & coitu sanat.

*Triplarmacum crudum Messæ.*

R. Lithargyri,

Aceti fortis ana 3 iii.

Olei

Olei communis ȝ vj.  
Lithargyros leuissimè tritus monetur cō  
tinuò paulatim affusis oleis vicissim &  
aceto.

\*Prodest scabiei, & cutis ulceribus, vt su-  
perius.

*Vnguentum ad scabiem.*

Rz. Styracis liquidæ,  
Terebinthinæ lotæ,  
Butyri loti ana ȝ ij.  
Succi limonum ȝ ij. β.  
Hellebori nigri puluerisati ȝ ij.  
Salis ȝ ij.  
Misce, fiat vnguentū in mortario plūbeo.

*Vnguentum de Minio.*

Rz. Minij leuissimè triti ȝ ij.  
Olei rosati,  
Olei myrtini ana ol ȝ ij.  
Coquantur lento igni cum ȝ ij.  
Ceræ albæ ȝ β.

*Aliud de Minio Camphoratum.*

Rz. Minij triti ȝ iiij.  
Lithargyri ȝ ij.  
Cerusæ ȝ j. β. Tutiaæ,  
Camphoræ ana ȝ ij.  
Olei rosati ȝ j. β.  
Ceræ albæ ȝ ij.  
Liquatam ceram cū oleo lento igni, mis-  
ce in mortario plūbeo cum reliquis rebus.

Z 2 tenu

tenuissimè tritis.

\* Valent ad vlcera mala & antiqua.

Tetrapharmacon Galeni.

Rz. Picis nigræ,

Resinæ,

Ceræ,

Adipis vaccini,

Fiat vnguentum.

\* Calfacit, humectat, dolorem sedat, & pus mouet.

Macedonicum ex iisdem constat: sed in super additur thuris una pars.

Vnguentum Basilicon minus Mesue.

Rz. Ceræ flauæ, Picis græcæ ana ss j.

Resinæ pinguis, Olei communis q.s.

Fit vnguentum lento igni,

Alij terebinthinam addunt: Alij verò terebinthinam picis loco ponunt.

\* Idem pollet quod basilicon maius, sed imbecillius: recentibus tamen capitis & neruosarum partium vulneribus & vlceribus aptius erit.

Vnguentum Basilicon maius Mesue, Gale-

nii Enneapharmacum est.

Rz. Ceræ albæ,

Terebinthinæ,

Resinæ pini,

Thuris,

Sepi vaccini,

Myrrhæ ana 3 j.

Picis græcæ,

Olei communis q.s.

Picis nigræ,

Fiat vnguentum.

Ali

*Aliter.*

Ceræ ʒ vi. Reliquorū ana ʒ j. β.  
Picis græcæ ʒ iiij. Olei q. s.

\*Vlcera phlegmone carētia, præsertim  
partium neruosarū, terget, carne implet.

*Vnguentum fuscum Nicolai.*

Rz. Olei ℔ j. β.

Ceræ nouæ ʒ iiij.

Picis græcæ } ana ʒ ij.

Picis nigrae } ana ʒ ij.

**Masticæ,**

Chalbani } ana ʒ j.

Thuris

Sagapeni ʒ ij.

Therebinthinæ ʒ j.

Fiat vnguentum.

\*Sanandi vim habet & extrahendi.

*Aliud.*

Rz. Olei communis

Sepi hircini } ana ℔ j.

Picis nigrae ℔ β.

Picis græcæ ʒ iiij.

**Masticæ,**

Thuris,

Galbani,

Hammoniaci, } ana ʒ β.

Opopanacis,

Sagapeni,

Ceræ,

Z ʒ Ole

Oleum, sepum, & picem liquabis : deinde  
gummi dissoluta secundum artem adi-  
cies: deinde reliqua tenuissime trita, sem-  
per agitando donec percoquantur. His  
ab igne sublatis adde

Terebinthinæ 3 ij.

Probè misceantur & reponantur.

*Vnguentum è Caprifolio Magistrale.*

Rz. Caprifolij M. iiiij.

Caprifolium minutim incisum, & in vino  
optimo maceratum die uno, coques ad  
tertias, cola, & colaturæ adde

Olei rosati 10 vj.

Resinæ pinguis

Terebinthinæ } ana 10 j.

Ceræ flabæ }

Fiat vnguentum ut artis est.

*Vnguentum Capitale Conciliatorum.*

Rz. Gummi elemi 3 ij.

Hammoniaci 3 ij.

Terebinthinæ } ana 3 ij. β.

Resinæ pini }

Ceræ q. s.

Fiat vnguentum, gummi dissolutis secun-  
dum artem:

Percoquitur etiam amplius ut cerati for-  
mam sumat.

40

Vng

*Vnguentum è Caprifolio, Carpi.*

R. Terebinthinæ.

Resinæ pini } ana ʒ iiiij.

Cera nouæ

Olei rosati ʒ viij.

Masticæ

Thuris } ana ʒ iij.

Gummi elemi ʒ ij.

Caprifolij } ana ʒ iiiij.

Betonicæ } ana ʒ iiiij.

Vini optimi flb x.

Caprifolium & betonicam tenuissimè terito, & macera vino horis vigintiquatuor, deinde reliqua adde, præter gummi, thus, & masticen. Coquantur luculento igni, donec vini pars dimidia consumpta sit, imò donec virescere incipiat, cola, & concrescere finito: deinde, effuso vino, rursus coquatur, donec quicquid remanserit vini absumptum sit: iterum cola, & reliqua adde in puluerem tenuem redacta, & coque lento igni donec coalescant semper agitando: aufer post medium ab igne, & frigido loco reponē donec refrixerit perpetuò mquens.

\*Ad capitis vulnera præstantissimum est.

*Vnguentum è calce Magistrale*

Calcem singulis diebus semel lauabis, & in fundo sidere permittes, & aquâ spora-

Z 4 gia

gia exprimes decem diebus continuis: de  
inde aqua rosacea lauabis, & siccari fines.

**R.** Huius calcis ita extinctæ  $\frac{3}{2}$  iiij.

Olei rosati  $\frac{1}{2}$  j.

Ceræ albæ  $\frac{3}{2}$  iiij.

Ceram in oleo liquato. Huic ab igne exē-  
ptæ & iam concrescere incipienti, Calcem  
lēuissimè tritam admisceto, & reponito.

\*Ad ambusta valet.

*Vnguentum Populeon Nicolai.*

**R.** Oculorum populi arboris recentium  
mense Martio collectorum  $\frac{1}{2}$  j.  $\beta.$

Axungię porcinę pręparatę  $\frac{1}{2}$  iiiij.

Oculi populi contundantur & maceren-  
tur cum axungia, donec sequentes herbæ  
colligi queant: deinde

Papaueris agrestis

Mandragoræ

Hyoscyami

Solani

Vermicularis aut

crassulæ

Lactucæ

Semperuii

Bardanæ

Portulacæ

Violariæ

Vmbilici veneris

Sumitatū pruni tenerarum

Folio-  
rum.

Herbæ

$\left. \begin{array}{l} \text{Hyoscyami} \\ \text{Solani} \\ \text{Vermicularis aut} \\ \text{crassulæ} \\ \text{Lactucæ} \\ \text{Semperuii} \\ \text{Bardanæ} \\ \text{Portulacæ} \\ \text{Violariæ} \end{array} \right\}$   $\frac{3}{2}$  iiij.

Herbæ contundantur, & misceantur axū-  
giæ & oculis populi: adde  
Vini optimi q.satis est.

Coquantur ad vini consumptionem: dein  
de cola expime, & fiat vnguentum.

\*Contra nimium calorem yalet, & tē-  
poribus illitum somnum conciliat.

*Vnguentum Dialthea simplex*

*Nicolai.*

R. Rad.altheæ ℥ ij.

Seminis lini 3 añ ℥ j. Ceræ ℥ j.  
Fœnigræci 3 añ ℥ j. Terebinthine 3 ij.

Olei ℥ iiij. Resinæ 3 vj.  
Radices sectæ, & cum seminibus contusæ  
macerentur tribus diebus in aquæ ℥ viij.  
deinde feruefiant, & mucilaginis inde ex-  
pressæ ℥ ij. sume, & coque cū aliis rebus,  
donec aquosum illud in mucilagine con-  
sumptum fuerit: & fac vnguentum.

\*Emolliendi vim habet, calefacit, &  
humectat.

*Vnguentum Dialthea cum Gummis*

*Nicolai.*

R. Radicum altheæ ℥ ij.

Seminis lini 3 añ ℥ j.  
Fœnigræci 3 añ ℥ j.

Pulpæ scyllæ 3 vj. Terebinthine 3 ij.

Olei ℥ iiij. Resinæ 3 añ 3 vj.

Ceræ ℥ j. Picis græcae 3 añ 3 vj.

Z 5 Fiat

Fiat vnguentum vt superius: deinde addes  
gummi subsequentia dissoluta in aceto,  
Galbani

Gummi hederæ  $\frac{3}{2}$  ana  $\frac{3}{2}$  ij.

Misceantur probè & reponantur.

\*Valet propriè addolorem pectoris ex  
frigiditate & pleurisi, & super pectus in-  
unctum sanat omnia loca infrigidata: ca-  
lefacit, mollificat, & humectat.

*Vnguentum Comitissæ Gulielmi de*

*Varignana.*

*Glandium*

*Rt. Corticis*  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Castanearū} \\ \text{medianī} \end{array} \right.$  *Quercus ar-*

*boris*

*Baccarum myrti*

*Caudæ equinæ*

*Gallarum*

*Corticum fabarum*

*Acinorum vuarum*

*Calycum glandium*

*Sorborum immaturorum*

*siccorum*

*Mespilorum acerborum sic-  
corum*

*Foliorum*  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Capparis} \\ \text{Prunioli syl-} \\ \text{uestris} \end{array} \right.$

*Radicum chelidonij,*

Cont

Contundantur aliquantulum, & coquuntur in decocti plantaginis q. f. ad di. midij consumptionem:cola & in dicta colatura laua subsequentia

Olei Myrtini      Mastichini      ana      j.      β.

Cerae nouæ      3.      viii.      β.

Liqua & laua ut dictū est: postea insperge sequentium rerum tenuissimū puluerem.

Corticis      Castanearum  
medianī      Glandium  
Quercus arboris      ana      3 j.

Gallarum      ana

Succi hypocistidis

Cineris ossium cruris bubuli      3      β.

Baccharum myiti      3      ana      3      β.

Acini vvarum      3      ana      3      β.

Trochiscorum de charabe      3      ii.

Misce, fiat vnguentum bonę consistentiæ.

\*Incepturn abortum prohibet, hæmor-

rhoides fistit, ac laxatos renes conciliat,

*Vnguentum Santalinum Mesue.*

Rz. Rosarum rubrarum      3      j.

Rubri      3      j.      3      ii.

Sandali      Citrini      ana      3      vij.

Albi      ana      3      vij.

Boli armeni      3      vij.

Spodij

Spodij  $\frac{3}{2}$   $\beta.$

Caphuræ  $\frac{3}{2}$  ii.

Ceræ albæ  $\frac{3}{2}$  iii.  $\frac{3}{2}$  vi.

Olei rosati  $\frac{1}{2}$  i.

Ceram liquabis in oleo, & sèpius aqua fri-  
gida lauabis: deinde reliqua in tenuissimū  
puluerem trita addes, & facies vnguentū.

\*Phlegmonas & intèperaturas omnes  
calidas ventriculi, hepatis, & partium a-  
liarum potentissimè extinguit.

*Defensiu[m] magistrale.*

R. Boli armeni

Sanguinis draconis } ana  $\frac{3}{2}$  i.

Terræ sigillatæ

Olei rosati  $\frac{3}{2}$  vi.

Ceræ  $\frac{3}{2}$  i.  $\beta.$  Aceti  $\frac{3}{2}$  ivi.

Coquantur simul oleum, cera, & acetum,  
donec acetum consumptum fuerit: dein-  
de sublatum ab igne ubi refrigerari cœ-  
perit, adde reliqua in tenuissimum pulue-  
rem trita.

*Mundificatiuum Magistrale.*

R. Mellis rosati colati  $\frac{3}{2}$  i.  $\beta.$

Terebinthinæ claræ  $\frac{3}{2}$  iii.

Succi { Apii } ana  $\frac{3}{2}$   $\beta.$

Praſij  $\frac{3}{2}$

Succi absinthij  $\frac{3}{2}$  ii.

Simul coquantur, deinde addantur

Farin

Farinæ { Hordei } ana 3 vj.  
 Farinæ { Fabarum } ana 3 vj.  
 Farinæ { Lupinorum } 3 iiij.  
 Farinæ { Orobi }

Sarcocollæ } ana 3 j. β.  
 Myrrhæ } ana 3 j. β.

Reduc in puluerem, & fac vnguentum.

